



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicae Sive Ius Ecclesiasticum

Wiestner, Jacob

Monachii, 1705

Titulus XLIX. De Immunitate Ecclesiarum, Cœmiterij & Rerum ad eas
pertinentium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62668](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62668)

paratione ante omnia observanda sunt pacta & conventiones, & his cessantibus statuta vel consuetudines dioecese: vi quorum Jurium particularium alicujus in aliquibus Germaniæ nostræ dioecesebus Parochi & alii beneficiati quot annis Pa-

rochialium & aliorum reddituum beneficialium portionem aliquam vel certam pecuniæ summam v.g. decem florenos in ædium Parochialium Reparationem impendere, vel, cum necessitas exigit, impendendam pendere debent.



TITVLVS XLIX.

De Immunitate Ecclesiarum, Coemiterii & Rerum, ad eas pertinentium.

UT Ecclesiæ ad cultum Dei & Divinorum frequentationem suâ dignitate Fideles invitarent, non tantùm ad formam & splendorem Dei domui convenientem extrui & reduci semper consueverunt: sed insuper munitæ sunt privilegiis geminæ Immunitatis: Localis, quæ ipsarum venerationem: & Realis, quæ rerum ad eas & personas Ecclesiasticas pertinentium tuitionem spectat.

ARTICULUS I. De Immunitate Locali.

SUMMARIUM.

1. Immunitatis definitio ac divisio.
2. Localis in duobus privilegiis consistit.
3. Primò ab Ecclesiis excluduntur I. Jura Secularia,
4. Ecclesiastica permittuntur.
5. II. Contractus & negotiationes, præsertim nundinarum.

6. III. Concilia seu conventus Seculares.

7. IV. Ludi, choreæ, musicæ &c. prophanæ.

8. V. Rerum prophanarum deposita.

9. VI. Hospitiis & similia onera.

10. Alterò ad Ecclesiam confugientes protegentur.

Immunitas in genere est Exemptio siue libertas à munere vel onere communi, l. i. ff. de Jure immunit. In specie autem Immunitas Ecclesiastica est Jus, quò Loca, Res vel Personæ Ecclesiasticæ à communi onere siue obligatione liberæ sunt & exemptæ, Panormit. in Rubric. Sylvester V. Immunitas 1. pr. & Covarruvias Lib. 2. var. cap. 20. pr. Res, inquam, Loca vel Personæ in numero plurali; quia particularis alicujus rei, loci vel personæ Ecclesiasticæ privilegium, vel specialis exemptio Ecclesiasticæ immunitatis nomen non meretur: sed sola exemptio, quæ convenit toti statui vel generaliter omnibus ejusmodi Locis, Rebus vel Personis, ut cum Panormit. in c. Novit 49.

Y Y Y Y Y

verit 49.

verit 49. de Sent. excom. n. 2. & aliis notat Laiman Lib. 4. Tract. 9. cap. 5. n. 1.

Est autem ea Immunitas triplex. Personalis, quâ Clerici & alia personæ Ecclesiasticæ gaudent. Localis, quæ Ecclesiis cæterisque Sacris & Religiosis locis: Realis, quæ rebus, ad ejusmodi loca & personas pertinentibus, est concessa: quarum primæ explicatione dedimus Lib. 2. Tit. 2. à n. 108. Postiores ad hanc Rubricâ sunt declarandæ.

Localis complectitur duo privilegia. Primum est, quòd ob singularem reverentiam loci ad cultum Dei & Sanctorum venerationem per consecrationem vel benedictionem deputati, exerceri in Ecclesia prohibeantur non solum homicidia & alii actus peccaminosi: sed etiam prophani & merè seculares:

Et primò quidem Judicia Secularia, tam Civilia quàm Criminalia, c. 1. 6. Cum Ecclesia 5. & præsertim c. Decet 2. in 6. cujus pr. Gregorius X. Omnis, inquit, in Ecclesiis secularium judiciorum strepitus conquiescat, nulla ibi causa per laicos, criminalis maximè agitur: sunt loca eadem à secularibus cognitionibus aliena. Quæ, ut ab ipsis efficacius excluderentur, instituti in ipsis processus & lata sententiæ ipsò Jure irritantur, c. Decet cit. §. fin. & Judicia Criminalia in iis exercere præsumentes anathematis sive excommunicationis comminatione abstinere jubentur, c. Cum Ecclesia cit. Ratio est; quia Ecclesia est locus à seculari jurisdictione exemptus; adeoque in ipsius territorio quidem, at non de territorio esse, dicuntur à Castro in l. Si quis in hoc 10. C. de Episc. & cleric. & aliis apud Tuschum Prædic. V. Ecclesia, conclus. 5. à n. 10. arg. l. Nullus 2. in fine C. de Summa Trinit. ubi Imp. Episcopis Orthodoxis omnes Ecclesias Catholicas totius orbis restituit; quia locus ab alicujus jurisdictione exemptus, extra ter-

ritorium ejus sito acquiritur: in loco autem à sua jurisdictione exempto & extra territorium sito sive in eo, qui de territorio non est, jus dicenti, quòd jus non dicenti, impune non pareat, c. fin. de Constitut. in 6. & l. fin. ff. de Jurisdi. omni. judic. Judicia, inquam, & Secularia. Prius; quia prohibitum in Ecclesiis non est exercitium jurisdictionis Voluntariæ, v.g. dispensatio, electio, presentatio; etiam secularis, ut & manumissio, l. 1. C. de His, qui in Eccles. manumitt. collatio Doctoratus, etiam scientiæ prophanæ & autoritate Regiæ facta, Suarez Tom. 1. de Relig. Tract. 2. lib. 3. cap. 4. n. 13. & 15. Posterior; quia etiam Judicia & exercitium jurisdictionis Contentiosæ Ecclesiasticæ, licet ex consuetudine fieri soleant extra Ecclesias, præstatò tamen communi Jure scriptò in iis exerceri validè & licite possit, cum Glossa in c. Decet cit. V. Secularium & Panor. in c. Cum Ecclesia cit. n. 4. doct. Anop. 2. Instit. lib. 5. cap. 9. §. 1. & colligatur ex can. fin. 2. §. 2. Ratio est partim quia Ecclesia est locus Ecclesiasticæ jurisdictioni subiectus; ac proinde, sicut in loco & territorio suo proprio quilibet alicuius, sic ipse jus dicere in Ecclesia potest præsertim; cum id nullò Jure prohibitum reperiatur: partim; quia Judicia Ecclesiastica ferè cum minori strepitu, quàm Secularia exerceri solent & citius expeditur. Cui non obstat; quòd hujusmodi etiam Judicia exerceri nequeant tempore facti, v.g. die Dominicâ, c. 1. §. fin. de Ferris quia tali tempore ea prohibendi specialis ratio fuit; ne populum Christianum & ipsos etiam clericos actus forentes abstrahant à Divinis Officiis: quibus celebrandis tempus illud specialiter deputatur, Suarez cit. Lib. 3. cap. 4. n. 11.

Secundò in Ecclesiis prohibentur Contractus & Negotiationes, præsertim cum

tim nudinarum, *e. Decet cit.* In cœmiterio tamen vel ipsius Ecclesiæ aditu Jure non prohibita: usu etiam permittuntur venditiones cereorum & similiarum rerum ferventium fidelium devotioni: dummodo ea fiant sine strepitu & contentione de pretio cum Divinorum Officiorum & fidelium ipsis præsentium perturbatione, Suarez de Eucharist. *diff. 81. f. 7. V. Secundò & Palao Tract. 11. diff. unica. p. 4. n. 3.*

6. Tertiò universitatum & societatum quarumlibet Concilia, Conciones, Parliamentum publica, *e. Decet cit.* intellige cum Joan. Andr. *ibi n. 7.* quibus res & negotia merè prophana & Politica pertractantur; quia Synodi & Concilia Ecclesiastica, alique tractatus de rebus ad Religionem, Pietatem, statum clericorum morumque reformationem pertineant in Ecclesiis institui non prohibentur, Navarrus de Orat. & Horis Canon. *cap. 5. n. 32. & 37. & cit. Suarez cap. 4. n. 16. & cap. 6. n. 5.* Prophani etiam ejusmodi conventus & tractatus, etsi illiciti, Jure tamen irritati non sunt, Glossa in *c. cit. v. Personæ & Panormit. in c. Cum Ecclesia cit. n. 6. & 7.*

7. Quartò Ludi theatrales, monstra larvarum, & histrionum gestulationes: choreæ, cantus & musicæ omnes, quibus aliquid lascivum, impurum aut leve admittitur: seculares actiones, confabulationes, vanæque & prophana colloquia, multoq; magis deambulationes, strepitus, & clamores, *can. 1. diff. 92. c. Cum ad decorem 12. de Vita & honest. & Trident. Sess. 22. decreto de Observand. in Missa. V. In Ecclesiis.* Honesta tamen & ad devotionem comparata spectacula & piæ representationes in Ecclesiis fieri permittuntur, *can. Semel Christus 50. diff. 2. de Consec. Barbosa Juris Ecclesiast. Lib. 2. cap. 3. à n. 15.*

8. Quintò suppellectilia & aliæ res pro-

phana, tam clericorum quàm laicorum, in Ecclesiis deponi, iisque recipi prohibentur: nisi id exigat incurfus hostilis, incendii subitò exorti vel similis necessitatis alii casus, *e. fin. de Custod. Eucharist. ubi Barbosa n. 2. & cit. cap. 3. n. 25.*

9. Sextò Ecclesiæ, uti & Monasteria eorumque & clericorum domus immunes sunt ab onere hospitandi; ut in ipsis domini seculares, eorum legati, comites, ministri, famuli, milites, hospitium sibi vindicare etiam prætextu consuetudinis non possint, ex decreto Joannis IX. in Synodo Ravennat. *can. 11. c. 1. hâc Rubr. relato, & privilegio à Constantino M. Clericis indulto l. r. c. de Episc. & Cleric. Ratio hujus est; quia Ecclesia & Ecclesiastici, tam quoad personas quàm quoad bona & res suas, à potestate seculari & oneribus, quæ ab ea etiam pro communi Reipublicæ bono imponuntur, utroque Jure eximuntur, ut infra à n. 187. ostenditur, Panormit. in *c. 1. cit. à n. 3. Azor p. 2. Instit. lib. 9. cap. 9. q. 8. & Pirthing ad hanc Rubr. à n. 9.* excipientes Patronum vel alium benefactorem, qui in fundationis aut beneficii recognitionem locò census hospitii jus cum Episcopi consensu sibi reservavit, *arg. can. Eleutherius. 18. q. 2.**

10. Alterum Localis Immunitatis privilegium consistit in Jure Asylis, Ecclesiis cæterisque Sacris & Religiosis locis competente & ad hanc Rubricam accuratius explicando.

ARTICULUS II.
De Asylis Sacri Origine
& Sanctitate.
SUMMARIUM.

- 11. Etymon & natura Asyli:
- 12. Quod consugio Templo & Ara Genusium,
- 13. Regum

13. Regum palatia signaque castrensis,
14. Sex Refugii Civitates,
15. Et Templum Hierosolymitanum in V. T. praebebant.
16. Asyla Sacra damnantium,
17. Etque tuentium vera Opinio.
18. Constituta sunt favore Religionis:
19. Republica nequaquam noxia,
20. Nec per se occasio sunt delinquendi.
21. Sacra Asyla non Naturali,
22. Vel Divini Novi Testamenti:
23. Sed Romano aliarumque Gentium Civili,
24. Et Ecclesiastico praesertim Jure constituta,
25. Firmataque sunt Gregorii XIV. Constitutione:
26. Cui ansam praeberunt ejus Praedecessorum Indulta:
27. Quibus à Gregorio derogatum,
28. Et excepta sunt octo Crimina:
29. Istorum reos ex asylo extrahendi modus praescriptus,
30. Et poena in Asyli violatores sunt statuta.

II. **A**sylym Graecè ἀσυλον vel ἀσυλον sic dicitur à particula privativa ἀ & verbo σύβειν, quod Trahere vel Extrahere: vel συλαειν, quod Vi rapere, Sacrilegè praevari, Diripere significat, Schrad. Lexic. V. Asylum & Tholosan. Synag. Lib. 33. cap. 21. n. 5. estque quasi Templum Misericordiae sive locus privilegiatus, confugientibus securitatem contra vim praestans; quòd Dei Numine vel alicujus hominis Majestate defendantur, Beyerlinck V. Asylum. Ipsum verò Jus Asyli sive, ut vocatur, Asylia est Securitas sive privilegium immunitatis ab extractione & omni alia violentia externa, quam ejusmodi locus ad se confugientibus praestat. Securitas autem ista, licet aliquando à merè prophanis, praecipuè ta-

men à Sacris & Religiosis locis praestatur, quibus competens & hoc loco proprium

Asyli jus per antiquum & apud ipsasque Gentes, quae Aris Templisque honorem aliquem tribuerunt, uti receperunt fuisse, sacrae prophanæque Literae testantur; illud enim Neptuni Fanum in Tanaro, in Papho Veneris, & Jovis templum apud Stratonicensis & Ithacenses, ejusque Olympii simulacrum, & Pergami aedes Aesculapii confugientibus praebebant. In Canopo Hercules, Ostridis in Aegypto tota, Delphici Apollinis & Dianae Ephesiae templa Religione sua praesidio ac libertati miseris & nocentibus fuere. Athenis Ignoto dicata Deo commune omnium confugium fuit Ara Misericordiae, cuius meminerunt Apostolorum Act. cap. 17. v. 23. Neque templa solum & Ara Divina immortalibus consecrata, sed ipsae quoque Domus Regum, Tiberti aliorumque Caesarum statuae in urbibus, & in castris Aquilae, signaque poena exortes recedebant, qui ad illas confugissent, ausurati attripissent, Covarruvias Lib. 2. Var. cap. 20. n. 2.

Innumera sacrae prophanæque Gentilitatis exempla praetermitto. Divino veri aeternique Numinis jussu sex Civitates in homicidarum & fugitivorum praesidium constitutae sunt, Numer. cap. 35. v. 6. & Josue cap. 20. v. 2. Ipsum etiam Templum Hierosolymitanum reorum Asylum constitutum, non obscuro indicio sunt verba, Constitutam tibi locum, in quem fugias, Exodi cap. 21. v. 13. scilicet Tabernaculum & Altare. Unde Demetrius Rex gentem Judaeam sibi conciliare studens, opportunè inter caetera in ejus gratiam concessa, Templum etiam Hierosolymitanum confugis, etiam Regi ebono-xis, esse voluit pro Asylo, Machab. Lib. 1. cap. 10. v. 43. Huc

16. Hanc Asyli sacri vetustatem vel ignorarunt, vel non ponderarunt ex Catholicis, praesertim Iustitiae in criminolos administris aliqui, cum superiorum temporum Novatoribus querentes, Ecclesiam fieri speluncam latronum & fomentum criminoforum, quos immunitate sua invitat ad delinquendum, maximò utique damnò Reipublicae, cujus interest, delicta non manere impunita, *e. Ut fama 35. de Sent. excom. & l. Ita vulneratus 51. §. 2. V. Ejusdem, ff. ad L. Aquil. cum, sicut praemia bene meritis, ac Virtuti, sic peccatis poenae & supplicia nocentibus debeantur, Cicero de Natura Deor. Lib. 2. ut peccantium coereatur licentia & infantes contumelia non afficiantur. Unde Magistratis cura inter primas illa esse debet, Ne maleficos patiantur vivere, juxta praecipuum Dei, Exodi cap. 22. v. 18. cujus supremæ Aeternaeque Majestati à Justitiae Sacerdotibus Majus Sacrificium & pinguior hostia offerri non potest, quam si, qui in suam & aliorum perniciem debacchantur, competenti vigore compefcantur, Pelagii Papae rescriptum est can. Quali nos, 23. q. 5.*

17. Ita isti, Ultionis & in speciem etiam Justitiae zelò majori, quam Religionis & Christianae Pietatis, ut rectè adnotavit Gonzalez in *e. Inter alia 6. n. 11.* quia, sicut prisci Rerumpublicarum legumque Conditores & Divino jussu Moyses, sic Romani tam Impm. quam Pontifices Sacris & Religiosis locis Asyli privilegium concesserunt, non ut favorem praestarent delinquentibus ac delictis, hominesque improbos ad peccandam redderent audaciores: sed intuitu Religionis & Fidei Christianae, cujus favor publicus, *e. fin. Qui filij legit. & praecipue attendendus est, l. Sunt persona 43. ibi, Summa est ratio, qua facit pro Religione, ff. de Relig. & sumpr. sum. & ob honorem Dei, BB. Calitum cultum,*

ob venerationem & reverentiam locorum ipsi dicatur: imò etiam; ut imitarentur ipsum, quem Templis & Altaribus colunt, Dominum Deum, cujus *Miserationes super omnia opera ejus sunt,* teste Regio vate, *Psal. 144. v. 9.*

Audire hac de re lubeat clarissimum Ecclesiae Lumen & Doctorem maximum S. Augustinum *Serm. 5. de Dedicat. Eccles.* ubi, cum monuisset, *Grandem injuriam Religionis & Divinitatis offensam esse, qualemcunque fugientem ad Domum Dei à sacris liminibus, id est, de sinu matris eveltere & Arcam communis expugnare per fugi, ad confutationem eorum, qui de Christianorum sacra Asylia minus pie sentiunt, & non satis reverenter loqui non verentur, Sed fortè, inquit, aliquis dicit, locus Sanctus criminoso parere non debet. Non est ita; haec enim intratilis animi argumenta non recipit Christus, qui pro impiis mortuus confugientibus ad se claudè aditum Misericordia non permittit: qui Latroni fidem consenti Paradisi clausura patefecit, reum à sacris adytis non vult excludi.* Et profectò, si apud Gentiles, qui ad mortem deponcebantur ob scelus, cum ad Aram fugissent, cum tenuissent simulacrum, cum Principum statuas, aquilas, signaque Castrensia fuissent amplexi, se Religione tutabantur: eosque inde per vim abstrahere piaculum fuit, æquissimum omnino est, à violentia defendi confugas ad Tempa & Altaria Christianorum; ne ab his, minus venerationis impendi vero aeternòque Numini, quam vanissimis commenticiisque Diis à Gentilitate tributum videretur, in quem sensum ad *Consulta Bulgarorum* respondit Nicolaus I. *cap. 95.*

Neque Asyli sacri inviolata sanctitas noxia Reipublicae est, cum; quia istius tranquillitas felicitasque non exigit; ut nullum unquam delictum sit impunitum; aliàs e.

Z z z z

18.

19.

aliis enim Asyla constituere & peccantium misereri Deus non potuisset, vel id malò publicò fecisse dicendus esset: quod utique est blasphemum: tum verò; quia rei Christianæ plurimum interest, Ethnicorum Aras, statuásque Templis & Altaribus vero Numini Sacris non videri potiores. Accedit; quòd Magistratus secularis malefactores extra Ecclesiam & privilegiata loca deprehensos pro meritis valeat punire: & quos ob criminum enormitatem extremo supplicio non subtrahi, publicè interest, Asylo sacro non defendantur, & ad hoc profugi tradantur Curia seculari, *can. Sicut antiquitus 17. q. 4. c. Inter alia 6. c. fin. hanc Rubr. c. 1. de Homicidio & c. 1. in 6. & Constit. Gregoriana*, paulò post referendà. Imò, quòd à JCT.º Romano Vindicis Justitiæ Ministris non ita pridem responsum est, in non excepti, atrocissimi tamen & omnino notorii criminis reos Asyli sacro sinu receptos propositis infamiæ, proscriptiois & bonorum omnium confiscationis poenis procedere Curia secularis possit.

20. Occasio delinquendi, quam ex Asylio sacra hominum malitia aliquando sumit, per accidens est; eam enim, licet Ecclesia justa ex causa aliquando permittat, adeò tamen non intendit; ut potius, quantum in ipsa est, ullum à quoquam crimen non perpetari desideret, ut rem hanc *cit. Del bene de Immunit. cap. 16. dub. 2. à n. 9. & Ranbeck Panoplia Libert. & Immunit. Eccles. disp. 2. cap. 2. declarant*. Quin, si cum tempore Asyli fiducia & venia impunitatisque facilitate crimina invalescere, malò publicò animadvertetur, haud dubiè ad compescendam facinorosorum licentiam ab Ecclesia sacri Asyli privilegia angustioribus terminis circumscripta restringerentur ac diminuerentur, ut *cc. cit. à Nicolao I. Innoc. III. & IV. à Gregorio IX. & XIV. factum*.

A Vindicis Justitiæ ministrorum vigore hætenus confutato nonnulli agunt *cit. Del bene dub. & n. 2.* adeò recitentur, ut sacram Asyliam non solum privò sanctæque, sed ipso Jure Naturali crederent constitutam; quòd nisi, ut dicunt Deo templa, & Aras consecrari, sic ista mibi præidio & saluti esse voluisset, nunquam tot, tamque variæ & rerum primordio tam vicinæ Gentes in ea conspiciantur.

At meliùs, Asyliam illam Jure solum Positivo constitutam, cum plerisque alicujus nominis ac notæ DD. affirmant Covarruvias *cit. cap. 20. n. 2. & Suenes Tract. 1. de Relig. lib. 3. cap. 8. n. 9. partim*; quia, esto ad Jus Naturale pertinet cultus Dei, illud tamen Jus non dicitur reos ad templa & altaria ejus Numini consecrata confugientes, vi inde non adstrahendos: & si hoc diceret, facinorosus omnibus æquè semper & ubique tutus & non pro temporum ac locorum varietate varius ad illa receptus foret, *arg. 3. Sed Naturalia 11. Instit. de I. N. G. & C. contra* quam usuvenisse scimus: parum verò; quia extractio rei, ut promeritis poenas luat, ex natura rei neque in Dei neque in loci sacri contemptum eedit; ac proinde ex se & intrinsecè mala non est; atque insuper referri potest ad honestum finem, scilicet ad pacem & tranquillitatem Reipublicæ: qui finis cum sit honestus, ad eum relata extractionis violentia specialem contrahet honestatem caliquò lege Positivà non prohibetur.

Controversia tamen inter DD. est de Jure Positivo, quò Asylio sacra sunt condita; Divinò enim id factum, assertant Decius *in c. Ecclesia 10. de Constitut. n. 44. Tuschus Practic. V. Ecclesia, c. 2. n. 4. & Farinacius in Appendice de Immunit. cap. 2. n. 9.* definitumque existimant à S. Synodo Trident. cum *Sess. 25. cap. 20. de Ref. Ecclesiæ & personarum Ecclesiasticarum lib.*

rum Immunitatem Dei ordinatione & Canonis sanctionibus constitutam, ait.

Sed in rem præsentem ex *cit. cap. 20.* plus non evincitur, quàm Asyla ad imitationem Legis Divinæ veteris, aut in finctu Dei, acceptaque ab eo potestate constituta. Imò non defunt, qui *cap. 20. sit.* non de Locorum sacrorum Asyly: sed de Ecclesiasticarum personarum ad easque & Ecclesias pertinentium rerum immunitate agi, censent; atque idcirco differentiam agnoscat inter terminos *Immunitas Ecclesiastica Immunitas Ecclesiarum, & Ecclesiastica Libertas*: qui, licet sæpe confundantur, propriè tamen primus Immunitatem, quæ locis: alter eam, quæ rebus: postremus eam denotat, quæ competit Ecclesiasticis personis, de qua præcipuè & secunda Immunitatis specie Tridentinos PP. loqui, ex Mario Italo & ipso Farinacio *cap. 1. n. 5.* notat Jordanus Lucubrat. *Lib. 11. tit. 8. n. 3.* ubi monet, hanc differentiam bene observandam propter Censuras; quod contra unius violatores latæ ad alios non porrigantur: nisi de ferentis mente constet.

Quare, Asyla sacra in Nova lege Divinò Jure constituta, meritò negant *cit. Covarruvias n. 2. Suarez n. 11. & Decianus Tractat. Criminal. Lib. 6. cap. 25. n. 2.* quod in Nova Lege non extet ullus textus, vel ab Apostolis accepta Traditio, quibus Asyli jus introducendum aut, quod Ceremoniali vel Judiciali Veteris Testamenti lege constitutum & Christi morte extinctum erat, *c. Translato 3. de Constitut. resuscitatum, & ad nostra tempora porrectum esse, ostendatur.*

23. Constituta itaque in Novo Testamento Asyla sacra immediatè sunt Jure solùm humanò, tam Imperiali quàm Ecclesiasticò.

Illò quidem *roto tit. C. de His. qui ad Eccles. confug. cui consonant Regium Jus*

Francorum Hispanorumque, apud *cit. Gonzalez n. 9. Legesque Longobardorum & Capitularia Caroli M. apud cit. Tholosan. cap. 21. Gothorum apud Joan. Magnum Lib. 23. Histor. Goth. cap. 21. & 22. Anglorum, conditæ ab Eduardo II. apud Polydor. Virgil. Lib. 1. Histor. Anglic. in Henrico, Saxonum Occidentalium ab Ino Rege latæ & relatæ Tom. 17. Concil. Reg. edit. l. 4. verbis, Si quis rei Capitalis reus ad templum confugerit, vitam potior &c. aliarumque Gentium & Rerum publicarum sanctiones.*

24. Illò verò, sive Ecclesiasticò Jure Asyla constituta aut confirmata, jam legimus à Concilio Arausicano, celebrato Anno Christi 341. disertè statuente, eos, qui ad Ecclesiam confugiunt, tradi non oportere, sed loci sancti reverentiæ & intercessione defendi, *can. Eos qui 6. dist. 87. Aurelianensi I. celebrato Annò 514. can. Id constitutum 17. q. 4. à Nicolao Papa I. can. Sicut antiquitus 5. q. cit. à Gelasio, qui floruit sub annum Christi 492. can. Frater 9. q. cit. à summis PP. & Conciliis aliis, can. Miror 7. can. Reum 8. can. Nullus clericorum 19. can. Si quis contumax 20. &c. q. cit. e. Inter alia 6. c. Ecclesie 9. &c. hæc Rubr. quæ aliæque ejusmodi Jura Antiquiora roboravit, & ad unam formam reduxit Gregorius Papa XIV. primò Pontificatus sui annò editâ Constitutione, cujus tenor est*

GREGORIUS
PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

25. **C**um aliis nonnulli Prædecessores nostri, & præsertim felic. record. Sixtus Papa V. nec non Pius etiam V.

am V. sancto Zelo ducti, diversas facultates & indulgentias extrahendi etiam in casibus quibusdam, à Jure non permittis, ex Ecclesiis criminosis, & delinquentes, compluribus secularibus Principibus, eorumque Curijs, & Magistratibus sub variis modis & formis concesserint, prout in illis plenius continetur. Experientia postmodum docuit, tum ob diversitatem & differentiam hujusmodi indultorum, tum quia plerique eorundem Principum Ministri, ex hoc ipso illa diversimodè, etiam latius, quàm par erat, & ad suum libitum interpretandi occasionem arripuerunt, illisque abuti cœperunt, subortam esse non mediocrem in aliquibus locis, Libertatis, & Immunitatis Ecclesiasticae perturbacionem, & confusionem: alibi verò ne ipsos quidem laicos indultis hujusmodi uti voluisse, aut potuisse, quiddam populis inveteratâ erga Ecclesias reverentiâ devotis & assuetis, scandali potius, quàm quietis occasionem præberent. Illud etiam absurdum sapenumèrò secutum est, ut infima interdum conditionis Laici, non modò Juris, sed etiam litterarum penitus ignari & imperiti, dum quasi Potestates, & Ministri Curie secularis in aliquo Castro, aut Oppidulo Jurisdictionem exercebant, facultatum & indultorum hujusmodi limites longè excefferint, eaque suo arbitrato in sensus minus rectos, & ab intentione concedentis omnino alienos detorsissent, & illorum prætextu, quidquid sibi in mentem venit, attentare præsumperint, in grave Jurisdictionis, & Immunitatis Ecclesiasticae præjudicium, Locorum & Personarum divino cultui dicatarum contemptum, in ipsius divinae Majestatis offensam, & scandalum plurimorum. Quare pro commissis nobis à Domino Pastoralis Officij munere, prædictis absurdis, & scandalis obviare, ac differentias hujusmodi ad uniformem regulam reducere, omnemque dubitandis ac

perperam interpretandi occasionem eliminandâ declaratione submovere, abusus tollere, & ne Ecclesiastica Jura plane concutiantur, & negligantur, opportune providere decrevimus, prout etiam dicitur Sixtus Prædecessor noster, iidem de casibus, statuere decreverat, licet, morte preventus, hoc adimplere nequiverit; ita tamen, ut quando præsens temporum calamitas, & nimia, quæ jam invaluit, periculis hominum malitia id exposcit, aliquid etiam ad terrorem delinquentium, ad coercenda eorum facinora, ultra illud quod præfata Majorum nostrorum disciplina, & verus Sacrorum Canonum norma præscriperat, in quibusdam casibus, congruâ moderacione adhiberi, permittamus. Hæc itaque nostra perpetuè valiturâ Constitucione, omnia, & quæcumque privilegia, indulgentias, & gratias, tam per prædictum Sixtum, ac Pium V. quàm alios quoscumque nostros Prædecessores, aut nosmetipsos, Sedemque Apostolicam, ejusque Legatos, super abducenda extrahenda ab Ecclesiis, Monasterijs, Sacellis, Domibus Regularibus, & Sacralibus, Locisve Sacris, aut Religiosis, aliisque in casibus Jure permittis, hominibus certorum tunc expressorum, vel non expressorum criminum reis, aut fructuabentibus delictoribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace & quiete publicis, & ex causis urgentissimis ac necessariis, & aequipollentibus casibus in Jure expressis, atque ex paritate, identitate, aut majoritate rationis extensis, perpetuè, vel ad certum nondum elapsum tempus, quomodolibet concessa, etiam iteratis ac multiplicatis vicibus approbata, & innovata, ac usu recepta, litterarumque Apostolicarum sub plumbis aut in forma Brevis, seu alia quomodocumque desuper concessas, quæcumque tenores hic haberi volumus pro expressis, ac ad verbum insertis, sublatâ penitus

omni differentia, ita ad unam tantum formam reducimus, & moderamus; ut

27. Laicis ad Ecclesias, Locaque Sacra & Religiosa praedicta confugientibus, si fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, publicasque stratas obfident, ac viatores ex insidiis aggredduntur: aut depopulatores agrorum, quove homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, earumve Coemiteriis committere non verentur, aut qui proditorie proximum suum occiderint, aut assassinii, vel haresis, aut lese Majestatis in personam ipsiusmet Principis rei, Immunitas Ecclesiastica non suffragetur. Sed universis & singulis Venerabilibus Fratribus nostris, Patriarchis, Primitibus, Archiepiscopis, Episcopis, ceterisque Ecclesiarum & Monasteriorum Prelatis, tam Secularibus, quam cujusvis Ordinis Regularibus, districte precipiendo mandamus, & precipimus, ut Laicos in casibus praedictis delinquentes, ad eorum Ecclesias, Monasteria, Domos, & alia Loca supradicta Sacra seu Religiosa respicientibus confugientes, & in eis se recipientes, atque morantes, qui praedicta delicta, eorumque aliquod iudicio suo commisisse videbuntur, quando a Curia seculari fuerint requisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus, Ministris & Officialibus Curiae secularis absque Irregularitatis nota, aut alicujus Censura Ecclesiastica incursu, tradi & consignari curent, & faciant, & quilibet eorum curet & faciat.

28. Ne autem Curiae secularis Ministri praedicta facultate illos per se & propria auctoritate extrahendi & abducendi, sibi olim, ut praefertur, attributa & per presentes revocata abutantur, Volumus, districte auctoritate decernimus, & declaramus, ut Curia secularis, ejusque Judices & Officiales, ab Ecclesiis, Monasteriis, Locisque Sacris praedictis Laicum aliquem,

ut praefertur, delinquentem, in nullo ex casibus supra dictis sine expressa licentia Episcopi, vel ejus Officialis, & cum interveniente Persona Ecclesiastica ab eo auctoritatem habentis, ad quos solos, & non alios Episcopos inferiores, etiamsi alii Ordinarii sint, aut nullius Dioecesis, aut Conservatores ab hac Sede specialiter vel generaliter deputati, praedictam licentiam dandi facultas pertineat. Occurrente autem casu in loco exempto, & nullius dioecesis, tunc ad Episcopum vicinorem devolvatur haec cognitio, & non ad alios, capere, extrahere, aut incarceratione non possint, nisi eo casu, quod ipse Episcopus, & dicta Persona Ecclesiastica requisita, illos in delictis superius expressis culpabiles trahere, aut captura & incarcerationi intervenire, & assistere recusarint, tuncque Reverentiae Ecclesiae, & Locis Sacris debita memores, praedictos delinquentes, minori, quo id fieri poterit, scandalo & tumultu extrahere curent. Quodque delinquentes Laici praedicti, postquam, ut praefertur, ab Ecclesiis locisque sacris extracti, & capti fuerint, ad carceres Curiae Ecclesiasticae reponi, & inibi sub iure & firmo carcere, ac opportuna custodia, data illis, si opus fuerit, per curiam secularem, detineri debeant, nec inde extrahi, Curiaeque seculari praedictae consignari, nec tradi possint, nisi cognitio prius per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi verò crimina superius expressa commiserint: tuncque demum de mandato Episcopi per Judicem Ecclesiasticum curiae seculari, quacunque appellatione seposita consignentur. De crimine verò haresis cognitio ad Forum Ecclesiasticum tota pertineat, neque in ea curia secularis se quoquo modo intromittat. Sicuti etiam prohibemus, ne contra Ecclesiasticas personas, seculares, aut cujusvis Ordinis vel Militiae, etiam

29.

Z z z z z 3 S. Joan.

S. Joannis Hierosolymitani Regulares, quoquo modo, etiam vigore prædictorum privilegiorum, indultorum, aut concessionum, qua omnia ad terminos Juris præsentem reducimus, procedant, aut se intromittant, illasve ab Ecclesiis, Monasteriis, Domibus, Locisque Sacris aut Religiosis, etiam in casibus in hac Constitutione expressis, extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoscere de criminibus ad Forum Ecclesiasticum pertinentibus, aliis quam de Jure & per privilegia eisdem Ordinibus, aut Militiis concessa permittitur, quomodolibet præsumant. Quid si quis, quacunque dignitate & auctoritate præditus, præmissorum, aut alio quovis prætextu quidquam præter, aut contra hujus nostræ Constitutionis tenorem attentare præsumserit, declaramus, eum ipso facto Censuras & penas easdem incurrere, que contra Libertatis, Juris & Immunitatis Ecclesiasticæ violatores, per Sacros Canones, & Conciliorum generalium, nostrorumque Prædecessorum constitutiones sunt promulgata. Sicque per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, in quavis causa & instantia judicari, & desiniri debere; nec non irritum decernimus & inane, si secus super his per quoscunque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis tam Sixti, & Pii V. quam aliorum quorumcunque Prædecessorum nostrorum Litteris Apostolicis, privilegiis, indulgentiis, & facultatibus, quibusve personis, etiam Imperiali, Regiâ, Ducali, aut aliâ quavis dignitate, & auctoritate fulgentibus, aut Rebus publicis, Dominiis, Regnis, Provinciis, Civitatibus, Ter-

ris, & Locis; eorumve Curis, Parochiis, Senatibus, Consiliis, Communitatibus, Universitatibus, Collegiis, aut Præfidentibus, Proregibus, Gubernatoribus, Locatenentibus, Vicariis, Potestatibus, aliisque Magistratibus, Officialibus, Ministris, aut Consiliariis, ex prædictis, vel aliis etiam gravioribus & urgentioribus causis, tam illorum intuitu & contemplatione, sive ad eorum preces & instantiam, quam etiam non proprio, & ex certa scientia, deque Apostolica Potestatis plenitudine, ac per modum statuti & legis perpetuæ, etiam in vim contractûs, & Fratrum nostrorum consilio, sub quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibusvis præservatis, restitutivis, mentis attentatis, derogatoriis derogatoriis, aliisque cunctis, dissimulis, & efficacissimis, & in solis cunctis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam si inibi cavetur expressè, quod illis, nisi sub certis modis & formis, & nisi de expresso eorum consensu, ad quorum favorem concessa fuerint, derogari possit, & aliter facta derogationes nullius sint roboris, vel momenti, & aliâ quomodolibet concessis, etiam sequi approbatis, & innovatis. Quæ omnia & singula, ac illorum tenores pro expressis habentes, quatenus præmissis in aliquo adversentur, aut plures, quam superius expressos casus continent, auctoritate & tenore præmissis omnino, ac perpetuè tollimus, & abrogamus, ac ad terminos præsentis Constitutionis quoad superius descripta duntaxat reducimus, & volumus, euiquam de cetero suffragari, & quâlibet aliâ dicta Sedis indulgentiâ generalis, vel specialis, per que præsentibus non expressa, vel ad verbum non inserta, effectum earum quomodolibet valere impediri. Ut autem præsentis littera & Datum Rome in monte Quirinali Anno

Incarnationis Dominice mill. quingent. nonag. primò, nonò Calendas Junii, Pontificatus nostri annò primò.

ARTICULUS III.

De Gregorianæ Constitutionis &c. Obligatione & Interpretatione.

SUMMARIUM.

31. Constitutione Gregorii XIV. hodie standum,
32. Ex mente Doctorum, eâ posteriorum:
33. Eâque observanda est in provinciis omnibus:
34. Licet Roma tantum fuerit promulgata.
35. Eâ sublata etiam sunt Consuetudines, derogantes Immunitati,
36. Quin tamen illis vis contra hanc adempta sit in futurum:
37. Dummodo alicubi introducta probentur.
38. Canones Immunitatis dubios interpretatur Lex:
39. Clari tamen præ ista in Romanæ Ecclesie,
40. Et Imperii etiam terris observantur.
41. Juris Asyli interpretationem strictam:
42. Et huic latam præferentium Opinio:
43. Quæ consentanea est Juri utriusque,
44. Et meliori nititur ratione.

31. **R**elata Constitutionis dispositione, tanquam Asyli Jure novissimo, hodie in utroque foro standum, arg. c. 1. de Constitut. in 6. & l. Sed & posteriores 28. ff. de LL. communis sensus est DD. ejus

editione posteriorum fere omnium, qui cum Barbosa Jur. Eccles. Lib. 2. cap. 3. Jordano Lucubrat. Lib. 11. tit. 3. Bonacina disp. 3. de I. Decalogi præcepto q. 7. Palao Tract. 11. disp. unica à p. 5. Diana p. 1. & l. tract. 1. utrobique toto, Delbene de Immunit. cap. 16. Zypæo in Asylis Consult. & Respons. Canonic. ad hanc Rubr. Fagnan. in c. Inter alia 6. Rubr. cit. Haunoldo Tom. 6. de I. & l. tract. 1. à n. 139. Sperello Decif. 22. 23. 50. 101. 185. &c. & Pignatello Tom. 1. Consult. 175. n. 7. Tom. 2. Consult. 37. à n. 5. Tom. 9. Consult. 17. à n. 18. Consult. 18. à n. 1. &c. suas de Locali Ecclesiarum Immunitate lucubrationes & doctrinam relatæ Constitutioni conformare studuerunt, manifestò indicio, istam pro Jure communi Ecclesiastico ab omnibus haberi.

Quare in propositâ Immunitatis materia ea præcipue habenda præ oculis, & in occurrentibus casibus præ aliis consulendi sunt DD. illius editione posteriores: quique Commentarios suos novissimo ejus Juri & uniformi Regulæ conformare studuerunt. Quod exemplo suo posteritati luculenter testatus est Prosper Farinacius, famigeratus ille Urbis quondam, nunc Orbis totius ICT.º dum, quæ Praxis sue Criminal. q. 18. indefessâ industriâ & accuratione maximâ antiqui Juris Regulis conformavit; ne, à Justitiæ femita recessisse ipse, & alios abducere voluisse, videri posset, operosiùs accuratiùsque cœgit in Appendicem de Immunitate, Practicæ suæ Operi adjectam: quâ Sacrorum & Religiosorum locorum Immunitatem secundum normam Constitutionis Gregorianæ ad publicam utilitatem felicissimè explicavit.

Non desunt tamen, qui hanc Gregorii XIV. Constitutionem non in omnibus provinciis locum habere existiment. In quem

32.

33.

In quem sensum abducuntur tergemina ratione.

Prima est; quod ad ea duntaxat loca se extendat, in quibus aliqua indulta, privilegia & gratia, Immunitati derogantia prius à Sixto V. & Pio etiam V. concessa vigerunt, ut contendit Gutierrez *Pract. Civil. Lib. 3. q. 1. n. 36.* & colligi videtur ex eo; quod Gregorius Papa solum intenderit occurrere incommodis, ortis ex varietate & usu facultatum & indultorum à memoratis Prædecessoribus concessorum, ut dictæ Constitutionis in titio insinuatur.

Verum hæc ejus interpretatio non solum contraria est communi sensui DD. qui post dictam Constitutionem scripserunt: sed falsitatis apertè convincitur ex ipso ejus tenore, quò laudatus Papa differtè profitetur, se absurdis & scandalis, quæ oriebantur ex diversitate & differentis Curiarum ac tribunalium circa Immunitatem obviare, & differentias hujusmodi ad uniformem Regulam reducere: & postea subdit, se circa Immunitatem *Ad terrorem delinquentium & cæcænda eorum facinora aliquid permittere ultra id, quod prisca illa majorum disciplina & verus SS. Canonum norma præscripserat.* Unde colligitur, ejus mentem fuisse, circa reos aliquid permittere ultra sacros Canones, quorum statuta omnes obligant, *c. 1. de Constitut. & præscribere Regulam uniformem ab omnibus observandam, Farinac. cit. Appendic. cap. 2. n. 8. & Palao cit. p. 5. n. 1.*

34. Altera; quòd leges, tam Ecclesiasticæ quàm Civiles, non obligent: nisi fuerint promulgatæ, *h. Leges post can. In istis 3. dist. 4. & l. Leges 9. C. de LL. Constitutio autem Gregoriana non ubique, & fortassis in sola Italia & Romæ tantum fuerit promulgata.* Sed etiam

hæc ratio vim non habet; quia Constitutiones Apostolicæ per se obligant, postquam in Curia Romana publicatæ, & in acie campi Floræ atque ad valvas Basilicæ BB. Apostolicorum sunt affixæ, & pro publicatis habentur in Cancellaria; ut pluribus explicatum est *Lib. 1. Tit. 1. à n. 68.*

Tertia; quòd dictæ Constitutioni & aliis juribus, sacram Alysiam spectantibus, derogatum sit Consuetudine, quæ Ecclesiis competens Alysii Jus alicubi sublatum, *cit. Tholof. cap. 22. n. 3. & id passim restrictum, Clarus §. fin. q. 39. n. 3. testes sunt.* Sed non majores omni justâ exceptione; cum enim illius Constitutionis ignarum utrumque fuisse, semper, quò vixere, & posteritati relicta Monumenta factis prodant, de contraria illi consuetudine testimonium perhibere neuter potuit.

Quin, dictæ Constitutioni Consuetudine derogari posse, negant Sperellus *Decif. 105. n. 45.* Gutierrez *Pract. Civil. Lib. 1. q. 1. n. 12.* & plures alii, ea persuasi ratione; quòd ipso illius tenore, sicut privilegia, indulta & gratia, sic etiam Consuetudines Immunitati derogantes sublata videantur; cum sublata *penitus omni differentia omnia jura ad unam tantum formam, ab omnibus ad unum tantum observandam reducantur.* Ut unquam observandam sublata, quò ponderandum est verbum sublata, quò omnis alia forma, sicut privilegia & indultis, sic etiam locorum praxi & Consuetudine introducta excluditur. Idem cum DD. *cit. Diana p. 1. tract. 8. res. 1. n. 5. delimit imprimis ex verbis.* Quòd si quis quacunque dignitate & auctoritate prædictum præmissorum, hoc est privilegiorum, indultorum & gratiarum, & quovis alio, etiam Consuetudinis, prætextu quòpiam præter aut contra legem nostram Constitutionis tenorem assertore pro-

re presumpserit. Dein ex §. Quare pro
sommisso verbis, Omnem dubitationem
submovere, abusus tollere, &c. decre-
vimus.

36. Verùm, etsi hinc, sicut privilegia
&c. sic etiam Consuetudines eò tempo-
re existentes omnes sublatas, rectè desu-
mant: probabilius tamen immunitatem
in posterum non solum privilegii & in-
dultis: sed Consuetudine quoque, sicut
augeri, sic etiam diminui, ac restrin-
gi posse, docent Laiman. *Lib. 4. Tracti.*
9. cap. 30. n. 2. Guazzinus *Defens. Reor.*
1. cap. 34. n. 1. & Barbosa *cap. 3. cit. n.*
32. ubi, in præsentia materia Consuetu-
dinis vim magnam esse, ait. Quod e-
tiam patet ex usu, quò reos olim hodiè-
que, prælati Ecclesiarum non contradi-
centibus, ad carceres abstrahi, licet qua-
draginta aut triginta passibus non distent,
contra textum aut saltem communem in-
tellectum *can. Sicut antiquitus 6. can.*
Quisquis 21. & can. Definivit. 17. q. 4. &
alicubi simplices etiam fures Immunitate
non gaudere, contra Constitutionem
Gregorianam cum *cit.* Barbosa testis est
Palao *cit. p. 5. n. 5.* Ratio est; quòd Con-
stitutioni illi derogari valeat per legem:
& Canonice sanctionibus Immunitatem
statuentibus à se derogatū, fateatur ipse-
met Gregorius, dum *Aliquid*, inquit,
permutimus ultra id, quod à prisca illa
Majorum disciplina & à SS. Canonibus est
prescriptum. Cur non etiam Consuetu-
dine? cui legis vis adstruitur, *l. Diuina*
na 33. ff. de LL. cum tanquam corrupte-
la non reprobetur: & circumstantiarum
loci, temporis &c. mutatio, quæ legem,
etiam Consuetudinem rationabilem &
communitati utilem reddere possit.

Neque obstant, quæ Consuetudi-
ni Asyli juri deroganti opponit Ranbeck
Panoplie Immunit. disp. 4. cap. 3. n. 6.
se præcipue fundans in Concilio Triden-

tino, cujus PP. dum *SS. Canones, Con-*
cilia generalia omnia & alias sanctiones
Apostolicas, in favorem Ecclesiasticarum
personarum & libertatis Ecclesiasticæ con-
tra ejus violatores editas, exactè obser-
vari præcipiunt Sess. 25. cap. 20. de Refor-
mas. Consuetudines illis contrarias vi-
dentur annullare: & in autoritate Ur-
bani Papæ VIII. annullantis, reprobantis-
que & nullas ac reprobas semper fuisse
deklarantis omnes Consuetudines, con-
tra immunitatem Ecclesiasticam militan-
tes, *Constitutione*, quæ incipit *Roma-*
nus Pontifex, edita 5. Junij 1641. Hoc
enim ejus fundamentum solidum non est;
cùm neque allegatum decretum Synoda-
le, juxta dicta *n. 22.* neque memorati Pa-
pæ Constitutio de Immunitate Locali,
ejusque per reorum ad Ecclesias & Mona-
stera confugientium extractionem viola-
tione agat: sed de Personali solum &
Reali, Ecclesiasticas personas earumque
& Ecclesiarum res, bona & jura respicien-
te, ut utriusque textum expendenti pla-
nè constat.

Rectè tamen hoc locò Delbene *cap.*
16. cit. dub. 7. n. 4. notat, Consuetu-
dinem post & contra Constitutionem
Gregorianam in dubio non præsumi in-
troducendam; cùm sit quid facti ratione in-
troductionis: factum autem regulariter
non præsumatur, nisi demonstretur aut
probetur *l. 1. C. de Probat. & c. Cùm in*
Jure 31. de Offic. deleg. Parisius vol. 1.
Consil. & n. 14. & vol. 4. Consil. & n. 14.

Dubium est de Gregorianæ Consti-
tutionis & aliorum Jurium sacram Asy-
liam spectantiū interpretatione. Quam,
cùm illis proditum Ecclesiæ Jus clarum
non est, ex Imperiali legibus desumen-
dam, satis convenit inter DD. quòd sa-
crorum & Religiosorum locorum immu-
nitas Imperiali etiam Jure constituta sit
sub Rubrica *C. de His, qui confugiunt ad*
Eccles.

Aaaaa

Eccles. & leges, quibus ea constituta est, in Canonibus Ecclesiasticis disertè appro-
instituitur 36. ibi, *Quod*
Ecclesiastici Canones decreverunt & lex
Romana constituit 17. q. 4. & c. *Inter a-*
lia 6. ibi, *Juxta sacrorum Canonum sta-*
tuta & traditiones legum Civilium, hæc
Rubr.

39. Casu, quò hujusmodi leges à sa-
 cris Canonibus diverunt, hos in locis
 dominio Ecclesiæ temporali subjectis: il-
 las verò in terris Imperii & Seculari sal-
 tem foro observandas, rati sunt Ange-
 lus de Maleficiis V. *Quod fama*, n. 59. &
 Alciatus de *Presumpt. Reg. 3. presump-*
33. n. 5.

40. At meliùs, sanctionibus Ecclesiasti-
 cis ubique, & in utroque foro standum,
 & occurrentes controversias secundum
 eas decidendas, defendunt melioris no-
 tæ DD. plerique cum Alberico in *Rubr.*
C. cit. Alexandro Lib. 7. Constitut. 45. n.
2. Boerio decis. 109. n. 3. in fine & Fa-
rinacio Appendic. cap. 2. n. 28. Ratio
 perspicua est; quòd dicta Constitutio &
 aliæ sanctiones Canonice localem immu-
 nitatem spectantes sint jus concernens ho-
 norem Dei & venerationem Ecclesiarum;
 cujus Constitutio Ecclesiastica potius est
 potestatis quàm Secularis, *arg. c. Qua*
in Ecclesiarum 7. & c. Ecclesia 10. de Con-
stitut. imò leges Civiles, Ecclesias ea-
rùmque & personarum Ecclesiasticarum
immunitatem spectantes, vim potissi-
mum habeant, quatenus Ecclesiis sunt
favorabiles & à sacris Canonibus non di-
scordant, per ea, quæ à DD. in cc. citat.
& tradita sunt Disert. Provem. n. 155.
& 156.

41. Qualis autem interpretatio abhiben-
 da sit casu, quò dubitatur, an reus gau-
 deat Asylò, minus convenit inter DD.
 Et Covarruvias quidem *Lib. 2. Var. cap.*
20. n. 4. Decianus Tractat. Criminal.

Lib. 6. cap. 25. n. 14. & novissimè Caral-
de Luca Theatri V. & 1. de Immunitate
disc. 2. n. 6. & disc. 10. num. 10. præ-
ferunt stricam: cujus suæ Opinioni ra-
tionem reddunt Primò ipsam frequen-
tiam & vicinitatem Ecclesiarum & domo-
rum Regularium in Civitatibus ac locis
frequentatis, facinorosos homines obla-
tâ tutelâ facile animantium ad delinquen-
dum. Secundo, intentionem legislatoris,
ad sacra & Religiosa loca contigenti-
bus concedentium immunitatem: quo-
rum mens utique non fuit, indulgere ho-
minibus truculentis ac sceleratis; sed ut
duntaxat securitatem præstare, qui hu-
manâ fragilitate aut casu aliquo crimina
committunt. Tertio, quòd in concursu bo-
ni publici ac privati præferendum illud;
ac proinde in dubio locorum illorum im-
munitas, quod publici boni ratio exigat,
restringenda potius sit, quàm ob delin-
quentium favorem privatum extendenda.
 His tamen non obstantibus

Sicut in cæterorum, sic etiam in
 Jurium Immunitatem spectantium expo-
 sitione à verborum propria & communi
 usu recepta significatione non facile reco-
 dendum: in dubio autem Sacris & Reli-
 giosis locis ad eaque fugâ se recipienti-
 bus favorabili ac benignâ interpretationi
 locum esse, Marii Itali *Lib. 1. de Immu-*
nit. cap. 2. n. 21. Barbosa Jur. Eccles.
Lib. 3. cap. 3. n. 90. Deciani hæc in re si-
bi non constantis, Lib. 3. Consil. 80. a. n.
19. & aliorum præcipui nominis DD.
 & rationi magis consentanea doctrina est.

Juri quidem partim; quia, licet in
 odiosis Ecclesiæ nomine ex communi DD.
 sensu apud Sanchez *Lib. 7. de Matrim.*
disp. 15. a. n. 2. interius duntaxat ejus coc-
pus sive spatium, muris lateralibus, parti-
mento & fornice seu tabulato, parietis
 qui post aram summam est, & huic op-
 positio

posito conclusum, veniat: in materia tamen Immunitatis, tanquam ipsi loco & confugis favorabili, Ecclesie nomen accipiendum est latè; ut confugas fabrica etiam exterior, eique conjuncta domus, horti, atria, porticus interioris templi vice tueantur, per expressos textus *can. Si quis contumax 16. can. Id constituimus 29. C. 17. q. 4. C. l. Pareant 3. C. de His, qui confug. ad Eccles.* Imò, seclusa Consuetudine, illi extra hæc loca ad triginta vel quadraginta passuum spatium per circuitum progredi, neque inde abstrahi valeant, secundum communem multorum intellectum *can. Sicut 5. C. can. Deservit 28. q. 4. cit. partim*; quia ex antiqui Juris Regula ad Ecclesias profugum earum Immunitate generaliter defendebantur omnes: calus autem, quibus ista non gaudent, à Regula illa sunt exceptiones: quæ minus favorabiles sunt, quam ipsa Regula; ut in dubio isti inhærendum, pro eaque pronuntiandum sit; cum, qui Regulam pro se habet, intentionem habeat fundatam & probandi onus transferat in adversarium, qui stat pro exceptione: & si ista plenè non probetur, vincat per ea, quæ *arg. c. fm. de Restitut. spoliat. in 6. l. Ab ea parte 5. ff. de Probat. C. l. Illud 19. C. de SS. Eccles.* tradunt Felinus in *c. Quoniam 5. Ut lite non contest. n. 4. Jalon, in l. Cetera 40. ff. de Legat. 1. n. 4. Tuschus Practic. V. Regula, conclus. 92. à n. 1. Covarruvias Lib. 2. Var. cap. 12. n. 2. & Menoch. Recuperand. remed. 14. n. 32.*

44. Rationi verò; quia Immunitatis causa est pia & favorabilis; cum à Romanis tam Imp. quam summis PP. Ecclesiis concessa sit non tam intuitu criminorum ad eas fugientium, quam ipsius loci, Divini Numinis Majestati consecrati, Religionisque & Fidei Christia-

næ, *l. Presenti 6. ibi, Ipsis servatà locis reverentià, C. de His, qui confug. ad Eccles. can. Reum 8. ibi, Ut honor Ecclesiarum conservetur, q. 4. cit.* ideòque ejus per confuga extractionem violatio non tam personæ extractæ, quam Sancti loci & Religionis injuria Divinitatisque offensa nuncupetur à S. Augustino *Serm. 5. de Dedicat. can. Frater 9. can. Si quis 16. C. q. 4. cit.* Jurium autem causas pias & favorabiles, præsertim honorem Dei, istius cultui dicatorem locorum reverentiam, Religionis Christianæ æstimationem imediately concernentes, spectantium interpretationem latam strictæ præferendam, Orthodoxorum nemo est, qui inficias eat; cum honor Dei, Ecclesiarum reverentia, æstimationeque Fidei Christianæ favor publicus, *l. fm. Qui sil. legit. præcipueque attendendus sit, c. fm. de Convers. infid. & Summa ratio sit, quæ facit pro Religione, l. Sunt persona 43. ff. de Relig. & sumpt. fun.*

Confirmatur hæc ratio; quia Ecclesiastica Immunitas est specialis favor & beneficium summi Principis Reipublicæ utriusque, atque insuper concessa per modum legis, insertaque Corpori Juris communis: cujusmodi favores, beneficia & privilegia latam interpretationem recipere, ex *c. Quia 22. de Privileg. c. Olim 16. de V. S. C. l. Beneficium 3. ff. de Constitut. Princip. desumunt Sylvester V. Privilegium q. 3. Suarez Lib. 8. de LL. cap. 27. n. 3. & Salas de LL. disp. 17. s. 6. n. 44.* Unde, quæ pro immunitatis restrictione allata sunt, planè corruunt.

Primum; quia, cum Ecclesiarum & domorum Regularium frequentia & vicinia non faciat, ut ipsis, & cujus cultui dicata sunt, Divino Numini minus reverentiæ & honoris debeat, concessam ipsis

A a a a a a

fam ipsis sacram Asylia & hanc concernentia Jura non minuet aut restringet.

Alterum; quia ex legislatorum mente Asylia ista non eos tantum, qui casu, sed eos etiam, qui culpa dolove deliquissent, aliquando defendi, planum reddunt Jura, quibus ea est constituta.

Postremum; quia, ut jam dictum, Immunitas non tam privatus delinquentium, quam Ecclesiarum & Religionis Christianae publicus est favor, per *canon. & l. citr.* cum ex ea proveniens Divinitatis cultus, reverentia Ecclesiarum & Christianae Religionis aestimatio publice plus profit, quam obesse queat, poena criminis Ordinariae (quod conjugum, liberorum, hospitem, familiarium gratia, aut cognatorum supplicantium precibus non raro tribuitur) aliquando subtrahi nocentem.

ARTICULUS IV.

De Locis sacrâ Asylia gaudentibus.

SUMMARIUM.

45. Immunitate gaudent loca Sacra & Religiosa, ut sunt
46. I. Ecclesia consecrata:
47. Imò necdum consecrata,
48. Et necdum perfectè constructa.
49. II. Monasteria & domus Regularium:
50. Ecclesia Sc. nomen, cum de Pollutione Sc. strictè,
51. Cum de Immunitate agitur, latè sumendum est;
52. Ut totum ejus aedificium seu fabricam:
53. Portam, scalam & coetum,
54. Hortos, areas, domos familiarium

Sc. comprehendat.

55. Asylia jure non gaudent Monasteriorum domus separatae,
56. Nec templi sive parvis parva exterior.
57. Eò tamen gaudet Ecclesia interior.
58. Et diruta, si sies sit reedificativa.
59. III. Camiteria conigua Ecclesiis,
60. Et ab his etiam separatae.
61. IV. Oratoria, publicà & Episcopali;
62. Non privatâ auctoritate constructa.
63. V. Hospitalia eadem Episcopi auctoritate erecta.
64. VI. Venerabile Sacramentum charitatis.
65. Non tamen, postquam sumpta est Fidelis.
66. Immunitate non gaudet Olearum scorum.
67. VII. Secundùm aliquos etiam gaudet Ara Portarum.
68. Verius Immunitatis privilegium est.
69. VIII. & S. Cruci extra Ecclesiam erecta denegatur.
70. IX. Immunitate gaudet Palatium Episcopi,
71. Etiam ab Ecclesia separatum.
72. X. Eandem aliqui Cardinalium palatium,
73. XI. Et rubro Galero adstrunt.
74. XII. Uti & statuis ac palatium Regum Sc.

Regula generalis est, Asylia jure gaudere quavis loca Sacra & Religiosa, sive ad cultum Dei & SS. Venerationem, ad Missae sacrificia aliisque officia Divina per Consecrationem: & Religiosa ad eundem cultum venerationemque ad Pietatis & Misericordiae opera exten-

enda Episcopali aliave Ecclesiastica auctoritate deputata, ut colligitur ex constitutione Gregorii XIV. reorum ad ea confugientium extractionem violentam Jure vetitam, tertio exprimentis. Cujus Regula vigore Aylly jus competit

45. Primò omnibus Ecclesiis & Sacellis, solenni Missæ celebratione aliisque ritibus Ecclesiasticis ad publicam Sacrificii celebrationem & Sacramentorum usum atque administrationem ab Episcopo Deo consecratis: imò etiam nondum consecratis, in quibus Divina mysteria sunt celebrata, c. *Ecclesia 9.* quò textu Gregorius IX. Episcopo Astoriensi rescribens, *ecclesia*, inquit, *in qua Divina mysteria celebrantur, licet nondum extiterit consecrata, nullo Jure privilegium immunitatis admittit; quia obsequiis divinis dedicata nullius est temerariis ausibus profananda.* Ubi

Dubium est, an Ecclesia non consecrata immunitate gaudeat, si in ea divina mysteria celebrata nondum sint. Quod cum Glossa in c. *cit. V. Celebrantur*, negant in c. *cit.* Ant. de Butrio n. 3. & Decianus *Tract. Criminal. Lib. 6. cap. 24. n. 24.* arg. à contrario ductò ex verbis, *In qua divina mysteria celebrantur*: quibus accedit mandatum Clementis IV. extractores capellæ nondum consecratae perinde, ac si consecrata fuisset, excommunicatos denunciari præcipiens; quòd in illa jam celebrata sint Divina, ut refert Hostiensis, in c. *V. celebrantur cit.* Unde eòdem argumentò à contrario infertur, Immunitatis & similibus privilegiis Ecclesias non gaudere, si in ipsis Divina mysteria nondum celebrantur.

Imò, teste Covarruvia, *Lib. 2. Var. cap. 20. n. 4.* & Tuscho *Practic. V. Ecclesia, concl. 9. n. 19.* non desunt, qui Aylly jus non concedant, & plurium locorum praxi concedi negent, *in ea SS. Ew-*

charistia Sacramentum non asservetur,

47. Sed, quidquid sit de hac praxi, de qua alicubi existente, aut saltem post Constitutionem Gregorii XIV. vigente, alii nihil sciunt, spectatò Jure, verius est, Ecclesiam, postquam divinis est deputata, hòc privilegiò gaudere; etiam si in ea actus non celebrentur divina, neque SS. Eucharistia asservetur, ut cum eodem Hostiensis c. *cit. pr.* & Covarruvia *cit. n. 4.* & aliis, consuetudinem pro se etiam allegantibus, tradunt Farinae. *Append. cap. 17. n. 254. Sn. 258.* Fagnan. in c. *Ecclesia cit. n. 9.* & Del bene de *Immunit. cap. 16. dub. 9. n. 7.* Ratio est; quia causa illis concessæ Immunitatis non est continua Sacramentalis præsentia SS. Corporis & sanguinis Christi, vel Divinorum mysteriorum celebratio actualis: sed; quia Auctoritate Episcopi, primum lapidem ibi ponentis & desigentis Crucem, constructa vel saltem constructi cæpta, atque divinis obsequiis dedicata, sive ad ea destinata est, ut patet ex textu c. *Ecclesia cit. S. arg. c. Ad hac q. de Relig. domib.* ubi hospitale solà Episcopi destinatione ad pios usus dicitur effici locus Religiosus. Confirmatur; quia talis Ecclesia casu, quò polluitur, indiget reconciliatione, c. *fin. de Eccles. consec.* Unde, eam locum sacrum esse & sacri loci privilegiis gaudere, cum Glossa in c. *cit. V. Consecrata* infert Haunold. *Tom. 6. tract. 1. n. 146.*

Neque vis est argumenti ab & in contrarium desumpti ex verbis, *In qua Divina mysteria celebrantur*; quia exaudienda non sunt de celebratione actuali: sed, quòd in ea celebrari possint, sive Ecclesia apta sit ad celebrationem ob jam factam ab Episcopo deputationem: quam potius, quam actualem celebrationem spectandam, constat ex dictis & in c. *Ecclesia cit.* notant Hostiensis, *V. Celebrantur* Panormit. *n. 5.* & Fagnanus *n. 8.* Unde

A a a a a ;

Infer-

48. Inferitur, Immunitate gaudere Ecclesiam, etsi nondum perfectè sit constructa; quia, ex quo ab Episcopo primus lapis positus, & locò Altaris atque atrii designatò defixa Crux est, jam evasit locus divinis obsequiis dicatus, & ad profanos usus redire non debet, *arg. can. Nulli liceat 12. q. 2. & Adhac cit. Panormit. in c. Ecclesie cit. n. 5. & Farinac. Append. cap. 17. n. 261.*
49. Secundò, Asyli jus competit Monasteriis, Conventibus, & Collegiis Regularium, ut patet ex Constitutione Gregoriana ibi, *Super abducendis vel extrahendis ab Ecclesiis, Monasteriis, Sacellis, domibus Regularibus & Secularibus &c.* cum sint loca Divinis obsequiis deputata: propter quam potissimùm causam Ecclesiis nondum consecratis immunitas adstruitur *c. Ecclesia cit. Ubi*
50. Dubium est de acceptione nominum Ecclesia & Monasterij; hujus enim & illius nomina aliqui accipienda existimant strictè; ut solum corpus ejus interius, sive spatium inter laterales parietes à pavimento usque ad fornicem vel tabulatum; & ab eo, qui est post aram summam usque ad parietem huic oppositum, includat. Ratio esse potest; quòd Ecclesie nomen ita accipitur, quando agitur de ejus violatione, ut dictum *Tit. 40. n. 43.*
51. Sed, cum agitur de immunitate, Ecclesia (& Monasterii) nomen accipiendum latè, prout non solum ejus corpus & spatium sive ambitum templi interiorem, sed totam ejus fabricam eique exterius conjuncta & ad id spectantia ædificia omnia complectitur, clarè expressum est Jure utroque: *Civili quidem l. 3. C. de His, qui confug. ad Eccles. quâ relati Imp. Theodos. & Valentin. rescripti tenor est, Rateant summi Dei templa rimentibus, nec sola altaria & Oratoria &c. Sed quidquid fuerit interiaccens sive in cellulis*
- sive in domibus, hortulis, balneis, adhiat, que portibus confugas interioris templi vice tueatur &c. Imperiali Rescripto consonat Decretum Clotarii ad Legem Salicam l. 13. Nullus latronem vel quemlibet culpabilem de atrio Ecclesie extrahere presumat. Canonico verò can. de confu. tuimus. 17. q. 4. ibi, Ab Ecclesia atrio &c. eos abstrahere non liceat, & can. Si quis contumax 20. q. cit. ibi, Si quis fugientem de atrio Ecclesie vel de portibus quòlibet modò adhaerentibus per vim abstraxerit. Ratio est; quòd ea, quæ Religiosis adherent, Religiosa reputantur, l. 43. ff. de Relig. & sumpt. fun. denominatione à principali ad accessoria extensis, arg. Reg. Accessorium 42. n. 6. l. ult. in Ecclesia cit. conclus. 9. n. 3. & Ambrosolinus de Immunit. cap. 10. n. 6.*
- Neque in contrarium urget ratio pro stricta Ecclesie acceptione allegata, quia, ut *cit. Tit. 40. n. 43. moni, Ecclesia* nomen aliter, cum de ejus violatione sive pollutione: & aliter, cum de privilegio Asyli loquimur, est accipiendum; cum enim illa quasi penalis & odiosa hoc autem gratiosum & favorabile sit, Ecclesie nomen cum de pollutione strictè latè verò accipiendum est, cum agitur de privilegio Asyli; ut posteriori hoc casu omnia ei annexa & adherentia complectatur, ut rectè advertunt Sperellus *Decret. 63. n. 10. De bene cit. cap. 16. dub. 9. §. 4. n. 6.* Ex hæcenus dictis
- Inferitur primò, Immunitate gaudere reum non solum, si in ipsum templum, sed etiam, si se recipiat in sacristiam, turrim, atrium, porticum vel ambitum; quia hæc omnia pertinent ad Ecclesie fabricam eique sunt annexa; ut locus sit Regule *l. 7. de reant cit. & can. Si quis contumax cit. Farinac. cap. 17. cit. n. 268. & Barbola Jur. Eccles. Lib. 2. cap. 3. à n. 64.*
- Inferitur secundo, eadem gaudere reum

reum confugientem ad Ecclesie scalas vel portam, licet clausam; quia sunt aliqui ad Ecclesiam adherens, ad eamque spectans: & multo magis evadentem supra ejus tectum; quia hoc est illius pars; ædes enim secundum Leges ex duabus saltem rebus, solo & superficie, l. *Eum qui 23. pr. ff. de Usucap.* vel secundum Dialecticos ex tribus, fundamentò, pariete & tectò constat; ut tectum aliò, quam Ecclesia Jure non debeat censerì, Glossa in l. *cit.* & Sperell. *Decis. cit.*

§4. Inferitur tertio, eadem gaudere non solum conventus sive domos & cellas ipsorum Religiosorum: sed etiam hortos, areas & domos familiarium, stabula animalium & quæcunque intra Monasteriorum septa continentur, Rodriguez *Tom. 2. Q. Regular. q. 75. art. 2.* Portell & Lezana *V. Immunitas. n. 3.* Atque hæc Assylis amplitudo & commoditas procul dubio causa præcipua est, cur rei frequentius ad Monasteria, quam ad Ecclesias aliave loca privilegiata confugere videantur.

Idem *cit.* Rodriguez affirmat de domibus, quas Religiosi ab Ecclesiis & Conventibus suis separatas in villis (vel urbibus) recreationis vel alterius honesti usus causam habent. Sed minus verisimiliter; quia immunitas non quibuscunque Regularium, sed Regularibus tantum domibus, sive destinatis ad Regularium habitationem sub Regula & clausura concessa est, Barbosa *cit. cap. 3. n. 77.* & Lezana *V. cit. n. 3. ad finem.*

§6. Inferunt quartò Riccius in *Praxi tom. 3. resol. 560. n. 8.* & Novar. in *Summa Bullar. de Immunit. n. 16.* eadem gaudere reum, amplectentem vel tangentem partem templi exterioriorem. Neque id solum; quòd talis adhereat Ecclesie ac proinde locus sit *arg. l. 1. ff. de R. V. & c. Si super 9. de Offic. deleg. in 6.* sed etiam multo magis, quod id, de quo agimus,

Ecclesiarum privilegium ad confinia, hoc est, à majori seu Cathedrali quadraginta, à capellis & Ecclesiis inferioribus triginta passibus per circuitum extendatur, *can. Sicut antiquitus 6. & can. Definuit 17. q. 4.* saltem si spatium in eoque intra dictos passus contenta ad Ecclesiam, & non ad extraneos spectent, Albericus in l. *Fideli 2. C. de His, qui confug. ad Eccles. & Marius Italus de Immunit. Lib. 1. cap. 4. §. 2.* & si Ecclesia sita sit extra muros oppidi vel civitatis, ut notat Glossa in *can. Sicut cit.* Verùm ex *can. cit.* id clarè non inferitur, sive eorum textus sive usus spectetur; quia imprimis textus quadraginta passus concedere videntur tantum reo progredienti ex Ecclesia, quæ jam fuit receptus, ut probè advertit Haunoldus *Tract. 1. cit. n. 152.* id desumens ex verbis, *Sit licitum in triginta passibus ab Ecclesia januis progredi, can. Definuit cit.* cui consonat Concilium Toletanum XII. *can. 10.* ita statuens, *His ipsis, qui Ecclesias petunt, per omnia licitum in triginta passibus ab Ecclesia januis progredi, in quibus triginta passibus cujuscunque Ecclesie in toto circuitu defendatur.* Deinde hæc Immunitatis Ecclesie competentis ad 30. vel 40. passus extensio contrariâ consuetudine passim sublata est, teste Claro *§. fin. q. 30. n. 2.* & Covarruvia *Lib. 2. var. cap. 20. n. 5.*

Eadem Consuetudine interprete ad Ecclesiam confugisse, in eave aut loco ei annexo vel adherente existerè non videtur, qui exterioriorem ejus parietem tantum attingit vel amplectitur contra, quam dicendum esset de evadente in Ecclesie murum vel in hoc consistente; sicut dictum est de reo, ad illius januam vel scalam confugiente. Contrarium tamen sicut valde pium, sic in praxi observandum, censet Delbene *cit. cap. 16.*

Dubium secundò est, an immunitate

§7. etiam

etiam gaudeat Ecclesia interdicta. Ratio dubitandi est; quod tempore Interdicti in ea celebrari nequeant divina, *c. Non est* 11. *de Sponsal. & matr.* & fideles sepeliri, *c. Quod in re* 11. *de Penit. & remiss.* Sed statuendum est, Immunitatem ab Ecclesia Interdicti tempore non amitti: sicut Fori & Canonis privilegia à Clericis interdictis, suspensis & excommunicatis non amittuntur, Panormit. *in c. Ecclesia cit. n. 8.* & Fagnan. *n. 12.* Ratio est; quia Ecclesia, uti & Deus, in cujus honorem immunitas concessa est, non deliquit; atque idcirco neque illa privilegio sibi concessio, neque iste sibi debito honore est privandus.

58. Idem DD. ferè sentiunt de Ecclesia diruta; quia saltem ratione soli, in quo constructa fuit, non desinit esse locus sacer, *l. Aede sacra* 73. *ff. de Contrah. empt. & l. In tantum* 6. §. 3. *ff. de Divis. Rer.* Nisi diruta aut destructa esset autoritate superioris & sine spe reedificationis; tunc enim, sicut sacer & Religiosus locus esse desineret, sicutiam amitteret privilegium Immunitatis, Clarus §. *fin. q. 30. n. 6.* Barbosa *in c. Ecclesia cit. n. 5.* & ibi Fagnanus *n. 14.*

59. Tertiò, Asyli jus Cæmeteriis competere, patet ex *Rubrica & c. fin.* quod jam pridem statuerat Innocentius II, Synodi Romanæ *can. 14.* cujus tenor est, *Sancimus; ut in eos, qui ad Ecclesiam vel cæmeterium confugiunt, nullus manum mittere audeat: quod si fecerit, Anathema sit.* Et quidem, si cæmeterium Ecclesiæ contiguum sit, id ex supra dictis est indubitatum.

60. Casu autem, quò ab illa separatum est, aliqui apud Decianum *Tract. Crim. Lib. 6. cap. 28. n. 28.* hoc privilegium ei negant: nisi aliunde constet de consecratione vel deputatione ejus ad fidelium sepulturam, autoritate Episcopi facta, *arg.*

can. Solemnitates 15. *dist. 1. de Consecr.* Rationem reddunt; quòd privilegium immunitatis concessum sit locis sacris & Religiosis: Sacer autem & Religiosus locus non fiat sine consecratione vel deputatione Episcopali, Gloffa *in can. In Ecclesia sacra*, 13. *q. 2.* ubi Terra, inquit, fit Sacra aut Religiosa autoritate Pontificis; non ex eo; quòd mortuus inferatur. Cum ergo consecratio & deputatio illa sit quòd facti, quòd in dubio non præsumitur, *arg. c. Cum in jure* 31. *de Offic. deleg. & l. 1. C. de Probat.* cæmeterium ab Ecclesia separatum Asyli Jure non gaudebit: nisi de consecratione vel deputatione Episcopali constet.

Quartò Asyli jure gaudent Oratoria quæcunque autoritate Episcopali erecta & cultui divino perpetuo destinata; quia loca Sacra sunt vel Religiosa, *arg. c. de hac* 4. *de Relig. domib.* & super eorum subjectione visitationeque Episcopos Jure communi fundatam habet intentionem ac præsumptionem, *can. Omnes Basilicæ* 16. *q. 7. c. Constitutum* 6. *de Relig. domib. & c. 1. §. Liceat, de Censibus* in 6.

Aliud de Jure obtinet in Oratoriis non publicè Episcopi, sed privatè autoritate erectis, ut sunt multe capelle in aedibus privatorum; & aliquando Oratoria Confraternitatum; talia enim, licet in ipsis de licentia Episcopi in altari mobili sive, ut vocant, Portatili Missæ celebrari possint, Asyli jus non habere, cum Innocentio *in c. Inter* 8. *de Donationib. n. 2.* & Sylvestro *V. Immunitas* 3. *n. 1.* & aliis defendunt: Suarez *Tract. 2. de Relig. lib. 3. cap. 9. n. 10.* Barbosa *cap. 3. cit. n. 67.* Del bene *cap. 16. cit. dub. 9. §. 12. n. 1.* & Pignatellus *Tom. 1. Consult. 92. n. 2.* pro se allegantes declarationes S. Congreg. Episc. & Regul. *in una Marjoseph greg. Episc. & Regul. in una Marjoseph* 17. *Novembr. 1617.* & S. Congreg. *Immunuit. in Una Perujina* 9. *Novembr. 1630.* Ratio

Ratio est, quod immunitas indulta solummodo sit locis Sacris & Religiosis, c. *Ecclesia* 9. c. *fin.* & *Constitutione Gregoriana*, c. *Ecclesia* 9. c. *fin.* & *Constitutione Gregoriana*, hisque conjunctis & adherentibus, can. *Si quis contumax* 20. can. *Id constitutum* 17. q. 4. & l. *Pateant* 3. C. de *His, qui confug.* cujusmodi loca non sunt Oratoria privata, etiam ea, in quibus de Episcopi licentia quandoque Missæ super Altari Portatili celebrantur.

63. Quinto eadem Immunitas competit Hospitalibus, autoritate Episcopali erectis cum Altari ad celebrandum. Ratio est; quia sunt loca Religiosa & ad prophanos usus converti non possunt, c. *Ad hæc* cit. & propterea omnia privilegia concessa Ecclesiis ad ipsa porriguntur, l. *Omnia* 35. C. de *Episc. & cleric.* Archidiacon. in can. *Definitur*, 17. q. 4. n. 1. Panormit. in c. *Ecclesia* cit. n. 6. & ibi Fagnanus n. 17.

64. Sexto idem Asyli privilegium cum Sylvestro V. cit. n. 1. & aliis, Farinac. cap. 17. cit. n. 275. & Barbosa cap. 3. n. 69. extendunt ad SS. Sacramentum Eucharistiæ; ut reus perinde, ac si ad Ecclesiam se recepisset, à Justitiæ ministris tutus sit, quando ad ejus Tabernaculum, vel ad Sacerdotem sacrum Viaticum ad ægrum deferentem fugit, aut se miscet populo illud comitanti; quòd hi cum Sacerdote, augustissimum illud salutis Pignus gestante, constituent Ecclesiam animatam, arg. l. *Quisquis* 5. C. ad L. *Jul. Majest.* ibi, *Quia & ipsi pars corporis nostri sunt*, Sperell. *Decis.* 44. n. 6. Panormit. in c. *Sanè* 10. de *Celebrat. Missæ* & *Clarus* cit. q. 30. n. 24. pro se allegantes partim consuetudinem; quæ, cum Pietatem foveat & augeat devotionem in Venerabile Sacramentum, perquam rationalis est; partim rationem; quòd ipsi Ecclesiis immunitas præcipue concessa sit propter destinationem ad celebranda Divina, inter quæ primum

locum facile obtinet SS. Missæ sacrificium, in quo substantia panis & vini in Christi corpus & sanguinem transmutatur, ut colligitur ex c. *Ecclesia* cit. Unde locus esse videtur axiomati. *Propter quod unum quodque tale & illud magis tale*, Engel ad hanc Rubric. n. 12. Accedit, quòd præsentia Christi sub speciebus Sacramentalibus videatur facere locum Sacrum & Religiosum; *Si enim*, inquit Delbene cit. f. 16. n. 9. ubi *Papa, ibi Roma est seu Curia Romana, cur non ubi presens est SS. Corpus Christi, ibi etiam locus Sacer sit aut Religiosus?*

Dissentit Glossa in can. *Quasitum* 13. q. 2. eique non obscure favet Covarruvias cap. 20. cit. n. 6. cum; quòd SS. Eucharistiæ Sacramento Asyli jus competere, non sit expressum Iure; & istò indultum privilegium ad non expressa non sit trahendum: tum verò; quòd aliàs asyli jus etiam competeret fidei Eucharistiæ intra os habenti: quod unanimiter DD. negant, teste Farinacio l. cit. n. 276. Sed utrumque hoc argumentum leve est. Prius; quia privilegium favorabile ultra casum expressum extendi potest ex rationabiliter præsumpta voluntate concedentis, præsertim quando extensio conducit ad finem ab illo intentum, & firmatur consuetudine, cujus in præsentia materia vim magnam esse, est dictum n. 36. Posterius; quia id Consuetudine non est receptum: & Eucharistia non sumitur, ut in sumente colatur: sed; ut sumens eam tanquam spiritali animæ cibo reficiatur, cit. Delbene n. 6.

Multò minùs à seculari Curie ministris tutus est reus fugiens ad Sacerdotem, sacrum oleum deferentem ad infirmum, cum; quòd huic neque Jus faveat, neque Consuetudo: tum verò; quòd ad eum, SS. Viaticum deferentem, consuetudinis securitas non tam Sacerdotis, quam

B b b b b

quam

quàm SS. Sacramenti sit favor, Diana p. 8
tratt. 1. resol. 29. Sperellus Decis. 49. n. 4.
 & Barbola *cit. cap. 3. n. 69.*

67. Septimò Asyli jus Aræ mobili sive altari Portatili, ut vocamus, compete-
 re sustinet Quintanaduennas *Singular. Theolog. Moral. Tratt. 4. Singul. ultimò n. 7.* valde probans extemporaneam Resolutionem Curionis castrensis, qui ad ejusmodi aram confugientem militem sacra Asylia defendi, pronuntiavit & evicit; quòd ista ipsa quoque altaria ornata sint, *c. 1. de Homicid.* Neque id immeritò; cum ad privilegium illud Ecclesiis concedendum Canonum conditores præcipuè permoverint ipsa Altaria, tremendis mysteriis & immaculati agni incrementa immolationi per consecrationem specialiter deputata; ac proinde locus sit axiomati *Propter quod unum quodque tale & illud magis tale:* cujus argumento ad SS. Eucharistiam confugientes à Justitiæ ministris esse tutos, paulò ante est dictum.

Sed, licet Axiomati isti locus sit in SS. Sacramento & Aris fixis in Ecclesiis, perperam tamen trahitur ad Aras mobiles seu Portatiles; cum id nec expressum Jure, nec receptum sit consuetudine: neque etiam, ut Christus sub speciebus Sacramentalibus præfens, sic illæ quoque Sacrum aut Religiosum locum efficere videantur.

68. Quare omnino indubitatè statendum est, ejusmodi Aram manibus apprehendentem vel deferentem immunitate non gaudere. Ratio solida est; quòd Immunitas Divini cultus & Religionis Christianæ intuitu indulta sit, non quibuscunque rebus consecratione vel benedictione aliquà affectis & ad ea, quorum intuitu concessa est, habentibus relationem: sed solummodo locis Sacris & Religiosis hisque conjunctis & adherentibus, *can. Si quis, can. Id constituimus, c. Ecclesia, l. Pa-*

reant cit. & si non his tantum, sed aliis quoque rebus ad Divina mysteria per consecrationem vel benedictionem deputatis indulta esset, multò magis quam ad Aram Portatilem, ad hierothecam, quæ Venerabile Sacramentum publicæ venerationi & populi Adorationi exponitur, ad Sacrum calicem vel patenam, ubicunque & pro refectione in aurifabri officina existentem, ad ipsa etiam linteamina, quæ his subternuntur &c. extra Ecclesiam confugiens immunitate protegeretur; cum hujusmodi sacra vasa & linteamina sub panis & vini speciebus absconditum Christum Dominum immediatè & propius quàm ara Portatilis contingant.

Octavò idem Ecclesiarum privilegium sive Asyli jus Urbanus II. ad imaginem S. Crucis, ubicunque in viis etiam publicis proposita, extendit in Synodo Claromontana *can. 29. & can. 30.* quibus proditorum Sanctionum prioris tenor est, *Si quis ad aliquam Crucem in via persecuentibus inimicis confugerit, si liber ac si in ipsa Ecclesia permaneat: posterioris autem, Quod si quis pro securitate Ecclesie vel Crucis aliquod crimen perpetraverit, & ad Ecclesiam vel Crucem confugerit, accepta securitate vite & membrorum reddatur Justitia.* Verùm, quia canones isti neque in Jus relati, neque ulli recepti sunt, à Cruce, extra Sacra aut Religiosa loca erecta, reum sine Immunitatis violatione abstrahent ministri Curie secularis: à quibus insequentibus tutus etiam non est, qui fuga se recipit ad Sacras reliquias Sanctorum, ut cum Sperello & Diana *l. cit.* rectè notat Ranbeck

Enochl. Immunit. disp. & cap. 4. n. 21.

Nonò Asyli privilegium ab Ecclesiis extenditur ad domum seu Palatium Episcopi, *can. Id constituimus, c. etiam si Episcopus sit absens, Martius Italus de Immunit. Lib. 1. cap. 4. §. 9. n. 4.* Et quidem, si

dem, si palatium Episcopale sit intra Cathedralis Ecclesiae fines aut quadraginta passibus ab ea non distet; vel etiam, si ab ea distans habeat Capellam vel Oratorium, ut fere solet, Immunitatem ei stabiliant plerique tam VV. quam RR. Casu verò, quò amplius distans Capellam non 71. habet, dissentiunt. Verius tamen Jure spectatò, hoc etiam casu Asyli jus ei competere, cum Glossa in *can. cit. V. Vel domo*, & Panormit. in *c. Ecclesia cit. n. 9.* defendunt Navarrus *Manual. cap. 25. n. 18.* Suarez *cit. Lib. 3. cap. 9. n. 9.* Palao *Tract. 11. disp. unic. p. 6. n. 22.* & Fagnanus in *c. Ecclesia cit. à n. 29.* Moventur partim; quòd Immunitatis privilegium domui Episcopali generaliter & sine limitatione restrictioneque concedatur *can. cit.* partim verò; quòd hoc privilegium Palatio Episcopali non concedatur intuitu officiorum Divinorum in eo peragendorum vel connexionis cum Ecclesia: sed ob reverentiam & honorem ipsius Ordinis & dignitatis Episcopalis: propter quam ejusdem familiares privilegiò Fori gaudere, multorum sententia est, apud *cit. Delbene de Immunit. cap. 4. dub. 9. n. 4.* & Fagnanum *n. 30.*

72. Decimò idem privilegium multi adstruunt Palatiis S. R. E. Cardinalium, etiam eorum, qui Episcopi non sunt. Non quidem de Jure; quia tale non extat: sed ex privilegio vel Consuetudine, ob prae-rogativam dignitatis principalis in Ecclesia, non minùs ipsis, quam Episcopis tribuente. Eam tamen Consuetudinem, si aliquando viguit, à Gregorio XIII. & Sixto V. sublatam, tradit Farinac. *cit. Appendic. cap. 27. n. 274.* Privilegiù etiam, si quo eorum dignitas honorata fuit, rationem in Urbe non habitam multis annis, quibus ipse in talibus Palatiis habitarat, Pax Jordanus *Lucubr. Lib. 11. tit. 3. n. 206.* & delinquentes ex iis ad carceres

& supplicia abstractos, Guazzinus *Defens. reor. 1. cap. 36. n. 26.* testantur. In Urbe, inquam; ne ob locorum Asyli jure gaudentium frequentiam delinquentes punitioni commertitò omnino subtraherentur. Extra Urbem autem ei à summis Pontificibus memoratis & consuetudine non derogatum, censent Tuschus *V. Ecclesia cit. concl. 9. n. 12.* & alii à Guazzino & Jordano *l. cit.* relati.

Undecimò Asyli jus DD. aliqui adstruunt ipsis Cardinalibus; ut reus ad supplicium ductus, si ei obviam factus Cardinalis galerum sive biretum rubrum imponat, à morte liberetur, Ita cum Baldo in *l. Addictos 29. C. de Appell. Clarus §. fin. q. 95. n. 5.* & Germonius *Lib. 3. cap. 6. n. 52.* Horum tamen DD. prior, id praticari à se nunquam visum, & in reo alicujus criminis atrocissimi vg. laesa majestatis, Proditionis, locum non habere: posterior verò, in alterius etiam criminis reo non procedere, ait, si isti non casu, sed datà operà occurreret Cardinalis.

Duodecimò Asyli jus status Principum tribuunt Anchoran. in *c. Ecclesia cit. n. 4.* Hostiensis *ibid. n. 2.* & Tholosan. *Syntag. Lib. 33. cap. 22. à n. 11.* id defu-mentes ex *l. Capitulum 28. §. 7. ff. de Pœnis §. l. Unica C. de His, qui ad statuas con- fug.* Verum alii, statuas illas praesidio iis solùm fuisse, existimant, qui injurià oppressi ed se conferebant: sceleratos autem & qui injuriam intulissent aliis, inde vi ad carceres & supplicia abstrahi à Justitia ministris potuisse, putant apud Barbofam in *l. Unica cit. n. 1. & cit. Farinac. n. 279.* ubi ipse, Statuarum, si quae olim compete- bant, immunitatem propter varios abusus sublatam, & fortassis in usum nunquam deductam, testatur cum Claro *§. cit. q. 30. n. 27.*

Quin, etsi haec Statuarum immunitas alicubi hodie vigeret, huc tamen non pertine-

B b b b b a

pertineret; cùm Politica solùm & Civilis non Sacra foret: sicut etiam ea, quã Imperatoris, Regum, aliorumque Principum supremorum palatia, & ob eorum, quos representant, reverentiam, Oratorum domus gaudent, ut probè advertit Delbene *cit. cap. 16. f. 15. n. 21.* quòd vel non Ecclesiastica, sed Politica solùm auctoritate vel non ob Divinæ Majestatis ejusque supremo Numini dicatorum locorum reverentiam sit constituta.

ARTICULUS V. De Personis ad Loca Sacra & Religiosa con- fugientibus.

SUMMARIUM.

75. Ex asylo extrahi nequeunt fideles laici,
76. Et infideles, Baptismum seriò petentes:
77. Non conversionem solummodo simulant.
78. Asylo defenduntur etiam excommunicati & interdicti,
79. Rei fugientes ex carcere,
80. Et elapsi ex manibus ministrorum:
81. Etiam dum ad supplicium,
82. Et per Ecclesiam ducebantur.
83. Eòdem gaudent banniti seu proscripti.
84. Et à dominis suis profugi.
85. Debitorum pecuniarios aliqui ex asylo excludunt,
86. Melius alij ad hoc eos admittunt:
87. Etiam si debitorum sine tributorum,
88. Aut ad ratiocinia obligati.
89. Fraudulentos decoctores Asylo defendi negantium,
90. Et asserentium verior Opinio.

91. Latronibus decoctores comparantur: reipsa non sunt.
92. De rebus ab iis Asylo illatis.
93. Asylo clerici contra Seculares:
94. Secundùm aliquos etiam contra Ecclesiasticos iudices defenduntur.
95. Verius ab hiis ex illo extrahi possunt,
96. Jure Rationeque,
97. Et præsertim consuetudine seculari.
98. Eòdem non defenduntur Religiosi.

Regula est, tutum ad Asylo receptum patere fidelibus, saltem laicis, nullà sexus, ætatis, status & conditionis habitatione, *can. Si quis contumax Et. 17. q. 4. c. Inter alia 6. hãc Rubr. & Constitutione Gregoriana relata n. 23.* qui textus omnes generaliter, sicut loquuntur, sunt exaudiendi.

Dubium est primò, an etiam infideles sive Pagani & Judæi; hos enim Asylo sacro defendi, cum Glossa *in c. Inter alia 6. V. Extrahendus ibid* asserunt Hostiensis, n. 1. Barbola n. 50. & Fagnanus n. 60. ablegatã S. Congregationis declaratione. Moventur *can. Si quis contumax cit.* generalitate; & quòd Asyli privilegium favorabile & Locale sit, non Personale. Negant autem Panormit. *in c. Inter alia cit. n. 6. Clarus §. fin. q. 30. n. 17.* & Covarruvias *Lib. 2. Var. cap. 20. n. 11.* eã ducti ratione; quòd par non sit, Ecclesiæ privilegio defendi & beneficio frui, qui ejus gremio, tutela, Fidei se non committit.

Inter oppositas mediam viam tenent alij beneficio distinctionis; vel enim, inquirunt, Judæus aut Paganus ad Ecclesiam fugiens pro se habet presumptionem, quod seriò desideret Fidem Christianam amplecti? qualem presumptionem progo stare, Farinacius *Append. de Immunit.* cap. 51.

cap. 5. n. 83. cenfer, si ante admissum crimen, ante ejus diffamationem & conceptum timorem judicis aut fugam animum ad conversionem pronum ostendit, & Asylu receptus Baptifimum petir: vel pro eo ad Ecclesiam fugã se recipiente non stat præfumpcio ferriã conversionis; quod ad Baptifimum se pronum ostendat & offerat primùm post diffamationem criminis, indèque conceptum timorem judicis & poenã ab eo infligendã?

76. Priori casu eum immunitate defendi, cum *cit.* Farinacio docent Tuschus *Pract. V. Ecclesia concl. 10. n. 28.* Gurtierrez *Pract. Civil. Lib. 1. q. 7. n. 51.* & Palao *Tract. 11. disp. unic. p. 7. n. 8.* id defumtes ex Recripto Imp. Arcad. & Honorii l. 1. *C. de His, qui confug. ad Eccles.* cujus tenor est *Judai &c. qui simulant se Christiana legi conjungi; ut ad Ecclesias confugientes evitare possint crimina vel pondera debitorum, arceantur.* Unde à contrario inferunt, non excludi eos, qui Christianam Fidem non fictè & simulatè, sed seridè amplectuntur. Rationem reddunt; quod æquum & pietati valde conveniens sit, ab Ecclesia defendi eos, qui per verã conversionis propositum ejus Fidem legemque amplectuntur. Atque hanc doctrinam coram Carolo V. Imp. in Judæis ad Asylu sacra confugientibus observatam, testatur Marius *Italus Lib. 1. de Immunit. cap. 3.*

77. Posteriori verò casu eum Asylu non gaudere, cum DD. *cit.* verifimiliùs sustinet Azor p. 2. *Instit. Moral. Lib. 9. cap. 5. q. 9.* id defumens ex recitato textu l. 1. *cit.* propter præfumptionem simulationis: quam Juris & de Jure esse, & directam probationem in contrarium non admittere, cum Panormit. *in c. cit. n. 6.* plures exiflimant apud *cit.* Farinacium *cap. 5. n. 84.* non malè dissentientem.

Neque obstat; quòd Immunitatis

privilegium Locale sit; & concessum indistinctè; quia Canones id concedentes accipiendi sunt de personis Ecclesiã jurisdictioni subiectis seu fidelibus; cum isto- rum tantum curam & gubernationem B. Petro ejusque successoribus Christus commiserit verbis, *Pasce oves meas,* Joan. *cap. 21. v. 17.* non Judæorum & Paganorum, de quibus Apostolus, *Quid mihi,* inquit, *de iis, qui foris sunt judicare?* I. Corinth. *cap. 5. v. 12.*

Dubium secundò est de fidelibus excommunicatis & interdictis; hos enim ex Asylu sacro excludit Felinus *in c. A nobis 2. de Except. n. 5.* Excommunicatos quidem; quòd non solum Ecclesiã favore tanquam contumaces & rebelles indigni, sed insuper privati sint fidelium communione. Interdictos verò; quòd tanquam Ecclesiã ingressu prohibiti ad eam se recipiendò contra ipsam Ecclesiam delinquant, atque idcirco frustra ejus auxilium implorent, *c. fin. hãc Rubr. &c. Quia frustra 14. de Usuris.*

At meliùs eos, licet vitandi sint, Asylu recipi & defendi, docent Sylvester *V. Immunitas 3. q. 3.* Clarus *§. cit. q. 30. n. 18.* Navarrus *Manual. cap. 25. n. 19.* & Tuschus *cit. concl. 10. n. 28.* Ratio est partim; quòd talibus censuris irretiti non priventur Ecclesiã ingressu & fidelium in ea communione solum Materiali: sed Formali, sive ad audienda & participanda cum ceteris fidelibus Officia Divina: partim; quòd excommunicationis & interdicti censuras non violent, qui ad vitandam gravem poenam corporalem ad Ecclesiam se recipiunt eo tempore, quò in ea congregati sunt fideles & Divina Officia celebrantur; cum ad censuras cum tanto incommodo & periculo observandas non teneantur, Bonacina *Tom. 2. disp. 3. q. 7. p. 5. n. 2.* & Palao *p. 7. cit. n. 21.* Accedit; quòd Ecclesia nusquam

B b b b b 3 expref-

expresserit, se excommunicandò vel interdicens tam graviter punire intendere delinquentes: & excommunicatio ceteraque censurae poenae solum Medicinales sint, non Mortales, c. 1. de Sent. excom. in 6. qualis tamen esse videtur exclusio rei ad Asylum confugientis.

Atque ex his planè corrui ratio Felini. Neque interest; quòd, ut ait, censurati Ecclesiae favore sint indigni; esto enim, hoc ita sit, spectatà præcisè ipsorum personà: eò tamen indigni non sunt, si Ecclesiae Pietas & loci Deo dicati Sanctitas consideretur, Del-bene de Immunit. cap. 16. dub. 10. f. 3. n. 5.

79. Dubium tertio est de reo, à seculari potestate jam apprehenso & carcere detento: qui, si disruptis vinculis & effractò carcere ad Ecclesiam fugiat, an istius privilegii defensor, dubitandi ratio est; quòd talis jam actu subjectus sit potestati Curiae secularis: quam ita fugiendò spoliatur. Unde, ne Ecclesia Injustitiis & violentiae patrocinari videatur, Curia illa ante omnia restituenda, c. 1. de Restit. spoliat. & confugae immunitas deneganda videbatur Tholosano Syntag. Lib. 33. cap. 22. n. 2. idque Praxi in Gallia observari, testis est Cassianus apud Jordanum Lucubrat. Lib. 11. Tit. 3. n. 224.

Sed verius, illam non restituendam, & immunitatem huic non denegandam, cum Panormit. in c. Inter alia 6. n. 32. & Navarro cap. cit. n. 19. defendunt Covarruvias Lib. 2. Var. cap. 20. n. 13. di-ctam praxin improbens, Boerius Decif. 110. n. 8. & 9. Clarus §. fin. q. 30. n. 13. in favorem rei contra eandem praxin in Senatu Burdegalensi & Mediolanensi judicatum asserentes, Decianus Tract. Criminal. Lib. 6. cap. 28. n. 29. cit. Gutierrez Lib. 3. q. 4. n. 10. Farinac. Append. cap. 15. n. 197. referentes casum, quò

ex TT. & Canonistarum consilio tamquam Immunitatis violatores excommunicati sunt, qui falsarium monetae ex illorum manibus ad vicinam Ecclesiam profugum, indeque vi extractum ultimo supplicio affecerunt: & Haunold. Tom. 6. de I. & I. Tract. 1. n. 164. asserens, idem fecit accidisse Ingolstadt, ubi reus ex effrauto carcere fugiens ad Monasterii coemiterium se recepit: indeque ab insequentibus custodibus vi abstractus, Ecclesiastici judicis mandato restitutus fuit, non obstante Regula de spoliati restitutione; quòd ab illa prater alios excipitur casus, quò facta restitutione interit damnum irreparabile: sicut contingit, quando agitur de periculo animae, corporis & membrorum, arg. c. Litera 17. in fine, de Restit. spoliat. Menoch. de sup. remed. 1. n. 208. Ratio Resolutionis est; quia sacra Asyllia protegentur fideles prater casus Jure exceptos: quibus non est effraatio carceris & fuga; quò ad locum tutum se recipiens uti Jure suo: & contra Justitiam graviter delinquens non videtur, Palao p. 7. cit. n. 19.

Ob eandem rationem Asylli privilegio gaudet, qui jam captus aut per tententiam condemnatus è ministrorum, ipsum ad carcerem vel supplicio ductus, manibus elabatur, & ad Ecclesiam fugiens ex dictis inferunt cit. Decianus Lib. 1. cap. 28. n. 29. & Farinac. cap. 28. n. 196.

Dubium quarto est de eo, qui à stitiae ministris vincus ad carcerem vel supplicium per Ecclesiam vel coemiterium ductus, inde exire recusat, & provocat ad Asylum; hunc enim inde vi extrahi sine Immunitatis violatione posse, estimant cit. Tufchus conclus. 12. n. 21. Covarruvias cap. 20. n. 17. & Gutierrez q. 6. eà persuasi ratione; quòd non ipse ad Ecclesiam vel coemiterium fugiens, prout exigere videntur Rubric. & textus

Et de His, qui confug. ad Eccl. can. Reum & can. Frater 9. Et. 17. q. 4. c. Inter alia cit. c. fin. & ipsa Constitutio Gregoriana ibi, Laicis ad Ecclesias locaque sacra &

82. Religiosa praedicta confugientibus. Quae Opinio, licet Dianæ, Juris rigore spectatò, probabilis videatur p. 1. *Tract. 1. resol. 30.* magis tamen pia & in praxi tenenda est Opposita: quam Fagnanus in c. *Inter alia cit. n. 86.* spectatò Jure veriorum nec immeritò vocat; quòd *can. Sicut antiquitus q. cit.* nullam fugæ mentionem faciente non obscurè: & perspicuè tradatur *can. Deservit q. cit.* quòd locò, sicut *Ad Ecclesiam confugientibus sic In loco sancto residentibus*, hoc est, in eo existentibus, *Vis aut quodcumque nobilitatis vel damni inferri prohibetur*: neque attenditur, quàm intentione quis ad Ecclesiam se contulerit: sed satis est, quòd in ea existens gaudere velit ejus immunitate, & sponte non exeat cum Justitiæ ministris.

83. Sicut hunc, sic propter crimen non exceptum bannitum sive proscriptum, etiam qui in seculari territorio repertus, occidit impunè potest, sacro Asylò defendi: indèque vi extractum restitui justum à Senatu Mediolanensi, asserit *Clarus q. cit. n. 22.* propter Juris textuum, de Asylò & ad hoc confugientibus loquentium, generalitatem.

84. Dubium quintò est, de servo, an à domino ad Ecclesiam fugiens, restituendus sit; ne illi debita serviticia subtrahantur. Verùm, ne his dominis facile privetur, satis cautum est ab Innocentio III. e. *Inter alia cit.* ubi Scotiæ sive, ut aliqui apud Gonzalez in c. *cit. n. 1.* legunt, Conatiæ, quæ Hiberniæ Insula est, Regi rescribens ait, *Si servus confugerit ad Ecclesiam, postquam de impunitate sua dominus ejus Clericis juramentum præstiterit, ad servitium domini sui redire compellitur, etiam invitus; alio-*

quis à domino poterit occupari. Similia habentur *can. Meuentes 38. can. Id constitutum, 17. q. 4. & l. Præsenti 6. §. 5. C. de His, qui ad Eccles. conf.* ubi cum Glossa DD. notant, servos ad Ecclesias confugientes à Prælatibus Ecclesiasticis non restituendos: nisi juratorià aliàve cautione idonea præstita.

Dubium sextò est, de debitoribus pecuniariis, qui solvendo non sunt; hos enim Asylò sacro non defendi, existimant Jafon in l. *Vinum 22. ff. de Reb. credit. & Curtellius de Immunit. Eccles. Lib. 1. q. 32. à n. 26.* Moventur primò; quòd Ecclesia immunitatem concedendò reis loqui solum videatur de delinquentibus, *can. Reum 9. can. Id constitutum, 17. q. 4. c. Inter alia, c. fin. cit. & Constit. Gregorii XIV. à n. 25.* relatà. Secundò; quòd immunitas solum sit; ne reus luat poenam corporalem, *can. Id constitutum cit. can. Deservit 25. q. 4. & c. Inter alia cit.* non autem; ut non labore & servitibus satisfaciatur creditori; neque enim præjudicare debet juri tertii, *can. Meuentes cit.* ubi servus ad Ecclesiam fugiens ob servitium domini, acceptà securitate, huic redditur; ne sibi debitò servitiò privetur. Tertio; quòd debitores ad Asylò fugientes sæpe suspecti sint de fuga: quales cum capi & incarcerari valeant à giudice aliàs incompetente, & die festo, ut tradit Covarruvias *cit. cap. 20. n. 14.* capi & incarcerari etiam poterunt in loco sacro, argumentò à Tempore ad locum ductò, l. *Vinum cit. & l. Ratio 3. §. 4. ff. de Adion. empti.*

Sed, etiam his Asylò patere, cum Panormit. in c. *Inter alia cit. n. 12.* defendunt Covarruvias *cit. cap. 20. n. 14.* Guttierrez *Pract. Civil. q. 1. Farinac. Appendic. cap. 3. n. 57.* Barbosa *Jur. Eccles. Lib. 2. cap. 3. n. 46.* & alii, ab his magnò numerò relati. Ratio est; quia

ad Eccl.

ad Ecclesias receptus etiam his concessus est Jure Civili, l. 1. § 1. *Presenti 6. C. de His, qui ad Eccles. conf.* quâ Leo Imp. ex Ecclesiis Orthodoxæ Fidei extrahi aut expelli vetuit confugas, præscripto modo procedendi circa eos, qui debitorum causâ eò se recipiunt. Cum ergo Ecclesia legum Civilium traditiones, immunitati à se concessæ non præjudicantes, sed ei potius faventes, difertè approbet *can. Frater 10. can. Id Constitutum 36. pr. q. 4. cit. & c. Inter alia cit.* ejusmodi debitoribus de Jure etiam Canonico locus erit in Asylo.

Neque, ad hoc perfugium ipsis denegandum, in contrarium deducta evincunt. Primum; quia, licet reorum nomine venire videantur soli delinquentes, eò tamen in materia favorabili, præsertim ad Civile Jus cum Ecclesiastico conciliandum, etiam debitores pecuniarii intelliguntur; cum reus sit, qui in judicium pro aliqua re petitur, c. *Forum 10. V. Reus, de V. S. sive Civiliter sive criminaliter conveniatur*, Haunold. *Tract. 1. cit. n. 180.*

Secundum; quia immunitas constituta est non solum ad reum defendendum à pena capitali: sed etiam; ne carcere & vinculis vexetur, *arg. can. Definitio cit.* Ne autem receptus ad Asylum præjudicet creditoribus, poterit debitor inde citari; ut se saltem per procuratorem defendat: & si hoc non faciat, in ejus bonorum possessionem creditor immitti: his etiam deficientibus, in eum ferri sententia condemnatoria & sicut in servum, procedi poterit; quin tamen creditori tradatur in servitutem, *citt. Panormit. n. 22. Delbene dub. 11. f. 3. n. 2. & Haunold. n. 182.*

Postremum; quia debitoris suspecti fuga aliâ viâ vg. appositâ custodiâ potest impediri; ideoque ejus extractione

Ecclesiastica immunitas violatur. Neque firmum est argumentum à tempore ad locum; quia reus die festo puniri: imò de Jure Civili latrones die festo tormentis subici, l. *Provinciarum 10. C. de Feris* & secundum Glossam facinorosi Reipublicæ noxii ultimò supplicio affici possunt, quin propterea id fieri queat in loco sacro, *citt. Farinac. n. 57. & Haunold. n. 182.*

Dubium septimò est de debitore Tribunalium: cujus ex Ecclesia extractionem cum permittat Civile, ea Canonico etiam Jure non inhibita videtur, hoc ipso; quòd istò Civile Jus sit approbatum, *can. Id Constitutum can. Definitio & c. Inter alia cit.* Verisimiliùs tamen, sacrâ Asylia etiam hujusmodi debitores defendi, cum Covarruvia l. *cit.* defendunt Ambrosin. *Immunit. Eccles. cap. 13. n. 2. cit. Farinac. cap. 7. n. 61. & Laiman. Lib. 4. Tract. 9. cap. 3. n. 5.* Ratio est; quòd Ecclesiastica immunitas fundatur non in sola legum Imperialium approbatione; sed etiam & præcipuè in eo; quòd Ecclesia tutos esse velit ad loca sacra & Religiosa confugientes reos & delinquentes quoscumque, nonnullis duntaxat casibus exceptis; quos inter cum Civilium debitorum rei non sint, sacrâ Asylia hi quoque defenduntur.

Dubium octavò est de obligatis ad rationem: de quibus dubitandi aniam præbet *can. Uxor 17. q. 4.* Sed hoc textu sermo non est de homine libero, sed de servo; quem præstitâ impunitatis securitate domino restituendum, jam est dictum. Quare, eò non obstante, *citt. Farinacius n. 63.* ad rationem obligatum sacrâ Asylia multò magis quàm tributorum debitorem defendi, docet; propter eandem confessionis generalitatem & exceptionum, per particulam *Tantum factarum, n. 182.*

frictionem, *Constit. Gregorianâ an. 25.* relatâ.

89. Dubium non est de fraudulento decoctore & negotiatoribus, qui splendide lautè vivendò plures miserimè fallunt, & vulgò Falliti seu Bancaroti nuncupantur; hos enim ex Ecclesiis, ad quas fugâ se recipiunt, licitè extrahi, censent *Gutierrez cit. Lib. 3. q. 1. n. 4. & 15. & Fagundez de Præcepto Eccles. 2. Lib. 4. cap. 4. n. 53.* quod propter maxima damna, quæ inferunt Reipublicæ, istius hostes cenleantur & Latronibus publicis, Constitutione Gregorianâ exceptis, æquiparentur à Pio V. *Constitutio. ne de ipsis editâ, teste Delbene dub. 11. cit. f. 6. n. 3.* Accedunt his legato Apostolico Neapolitano jussu Clementis VIII, scriptæ literæ: quibus Regularium superioribus sub privationis Officii aliisque poenis arbitriò Papæ infligendis præcipitur; ne Fallitos, Bannitos, fures, decoctores iisque similes in Conventibus suis recipiant: quò rescriptò cum Constitutione Gregorianâ posterius sit, ei derogatum eamvè declaratum, existimat Marius Italus *de Immunit. Lib. 1. cap. 5. n. 16.*

90. Sed, etiam his sacram Asylam prodesse, verius est, & cum Navarro *cit. cap. 25. n. 19.* defendunt Marius *l. cit. Farinac. Appendic. n. 64.* Diana *p. 1. tract. 1. resol. 32.* id S. Congreg. declaratione confirmans, & Fagnanus *in c. Inter alia cit. n. 58.* asserens, id hodie omnino exploratum, propter Constitutionem Gregorianam Pii V. Bullâ posteriorem, & huic etiam quoad fraudulentos decoctores apertè derogantem,

91. Neque obstat; quòd hujusmodi decoctores æquiparentur latronibus; quia, licet his propter mala & incommoda, quæ afferunt Reipublicæ, comparentur, latrones tamen propriè non sunt; & pro-

pterea in hos statuta Immunitatis privatio ad ipsos, cum Sacrorum & Religiosorum locorum præjudicio, extendenda non est, *arg. Reg. Odis 15. in 6. præsertim, postquam Gregorii XIV. Constitutione Indultis à Pio V. concessis expressè est derogatum.*

Non magis urgent Clementis VIII. jussu expeditæ literæ, partim; quia legis Ecclesiasticæ vim & formam non habent; cum Bononiam tantum & Neapolim directæ: in cæteris autem Provinciis & Romæ etiam nunquam sint publicatæ, ut rectè observat Delbene *cit. f. 6. n. 14.* partim verò; quia literis illis solum cavetur; ne mercatores, falliti & decoctores Monasteriis recipiantur, sed expellantur: non etiam, ut tradantur Curia seculari, *Farinac. l. cit.*

Quantumvis autem hæc ita sint, casu tamen, quò fraudulentus decoctor se reciperet ad Monasterium cum rebus suis & bonis illatis, eum non diu tolerandum, aut saltem res & bona illata seculari Curia petenti consignanda, vel in loco non immuni deponenda, à S. Congreg. Episcop. & Regular. pluries responsum, testes sunt Diana *p. 6. Tract. 1. resol. 17.* Barboza *cap. 3. cit. n. 47.* & Delbene *l. cit. à n. 16.*

Dubium decimò est de Clericis: quos, si in Majoribus constituti sint, uti & Religiosos, etiam extra Sacra & Religiosa loca constitutos, à seculari Curia ministris Fori Ecclesiastici privilegiò defendi, res explorata & *Lib. 2. Tit. 2. à n. 108.* declaratum est. In Minoribus autem constitutos casu, quò fori illius privilegiò non gaudent, ex decreto Concilii Trident. *Seß. 23. cap. 6. de Reformat. laicorum instar cenferi & sacrâ Asylâ adversus Curiam secularem defendi, tradunt Farinac. Appendic. cap. 2. n. 35. & Delbene cit. cap. 16. dub. 10. f. C c c c c*

11. n. 3. afferens, id à S. Congreg. Cardd. Tridentini Interpp. declaratum.

An eadem clerici quicunque defendantur contra iudices Ecclesiasticos; ut ab his, extra casus exceptos, extrahi ex Ecclesiis nequeant, dubium & inter DD. in utramque partem magnò numerò euntes agitata controversia est; eos enim etiam contra hos Ecclesiarum privilegio defendi, cum Claro §. fin. q. 30. n. 16. afferunt *cit.* Tuschus *V. Ecclesia concl.* q. n. 17. Gutierrez *Lib. 3. q. 3. n. 1.* Diana p. 1. *Tract. 1. resol. 24.* Barbosa *in c. Inter alia cit. à n. 16.* Fagnanus *in c. cit. à n. 78.* & Pirrhing *ad hanc Rubr. n. 35.* Moventur Jure & ratione

94. Illò quidem; quòd, cum sacri Canones, reos ex Asylò extrahi vetantes, inter Clericos & Laicos non distinguant, & certorum duntaxat criminum reos excipiant, *can. Sicut antiquitus 17. q. 4. c. Inter alia 6. c. fin. hanc Rubr. &c.* exaudiendi sint generaliter, & non restringendi ad laicos, *arg. can. 1. dist. 19. & can. Consulisti 2. q. 5.* præsertim ad excludendum aliquem ex Asylò, patente omnibus, quibus ad id perfugium Canones Ecclesiastici non denegarunt.

Istà verò sive ratione partim; quia sacre Asylæ privilegium Locale potius est quàm Personale; cum non intuitu personarum, sed honoris ac reverentia, quæ locis Sacris & Religiosis debentur, concessum sit *l. Presenti 6. ibi, Ipsis servatà locis reverentià, C. de Hæ, qui ad Ecclef. confug. can. Reum 7. ibi, Ut honor Ecclesiarum conservetur, can. Frater 10. ibi, Limina sacra venerationi deputata & ad injuriam Sanctorum locorum profluvisse probantur, can. Si quis contumax 20. ibi, Si timorem Dei vel reverentiam Sanctorum Ecclesiarum non habuerit, can. Definivit 35. ibi, Ecclesie reverentia defendatur 17. q. 4. Cum*

ergo privilegium Locale extendatur ad omnes personas in loco privilegiato existentes, & specialiter non exceptas, ex doctrina Bartoli *in l. 1. C. de Summa Trinit. & Baldi in l. Si non specialis q. C. de Testam.* in Ecclesiis à iudice quocunque tuti erunt non minus clerici, quàm alii. Partim verò; quia Prælati Ecclesiastici defendere tenentur omnes ad Ecclesiam confugientes, & præ aliis clericis, quorum specialem curam gerunt; cum non conveniat, impugnari aliquem ab eo, qui ipsum defendere tenetur, Glossa *fin. in c. Unic. de Natis ex lib. ventur.* Confirmatur; quia clerici ad Ecclesias protigi defendi à Prælatis debebant ante assumptum clericatum. Cum ergo privilegia, quibus ante gaudebant, per istius assumptionem non auferantur; quia alius, nisi assumptò, fierent conditionis deterioris, imò peioris, quàm sunt excommunicati alique censurati, ad Ecclesias protigi defendi debent post assumptum clericatum, neque ex ipsis extrahi possunt.

Verius tamen, clericos etiam non excepti criminis reos, Asylò sacro non protegi, cum Panormit. *in c. Inter alia cit. n. 13.* & Sylvestro *V. Immunitas 3. n. 17.* sustinent Azor p. 2. *Regular. cap. 9. q. 9.* Rodriguez *Tom. 2. Regular. q. 50. art. 41.* Bonacina *Tom. 2. disp. 3. q. 7. p. 5. n. 5. cit. Palao disp. xviii. p. 7. n. 17.* Delbene *duo. 10. f. 12. à n. 1.* & Haunold. *Tract. 1. n. 188.* pro se allegantes ab ipsis adversariis agnitam præxin judicium Ecclesiasticorum, clericos ex Ecclesiis ad carceres & vincula abstrahentium, nec deferentium eorum provocationi ad immunitatem. Quæ præx Juris Interpret potius esse, quàm correctoria videtur; cum Immunitas adversus solam Curiam secularem indulta sit Jure Civili; reorum ex Ecclesiis extrahentem vetandò, non attingente clericos: imò de

imò de his & adversus Judices Ecclesiasticos nihil statuere valente, *can. 1. dist. 96. & c. Ecclesia 10. de Constitut.* Ecclesiasticum autem Jus, licet inter confugarum & judicium statum expresse non distinguat, ad laicos tamen solos referendum, non obscure indicetur *c. Inter alia cit. verbis, Rectoribus Ecclesiarum debent sibi obtinere membra & vitam*, hoc est, impetrare à potestate Seculari; ne ipsos condemnent ad mortem vel aliam pœnam temporalem: quæ verba respectu confugarum clericorum verificari nequeunt in Magistratu seculari; cum ab istius jurisdictione illi planè sint exempti, *c. At si clerici 4. de Judiciis c. Nullus 2. de Foro compet. &c.* Neque in Ecclesiastico; quia iste sanguinis pœnam ulli infligere non potest, *c. Clerici 5. & c. Sententiam 9. Ne Clerici vel Monachi*; ac proinde exaudienda verba illa sunt de solo Magistratu seculari respectu laicorum: quibus solis adversus Magistratus suos seculares immunitatem firmat à *n. 25. relata Constitutio Gregoriana*, quâ etiam laicorum duntaxat, tam judicium quàm confugarum, mentio fit: confugæ autem clerici, eosque ex Ecclesiis extrahentes judices Ecclesiastici non exprimuntur; ut proinde Constitutione illâ non afficiantur; hoc ipso; quòd ex duabus speciebus oppositis, ut Laici & Ecclesiastici sunt, assumptâ unâ, altera exclusâ intelligatur, *arg. 1. Si inter 15. ff. de Except. rei judic. Glossa in Clement. 2. V. Directè contrariis, de Test. & attest.*

Pro eadem sententia melior ratio stat; quia imprimis Ecclesiarum privilegio Ecclesiasticæ jurisdictioni non derogatur partim; quia judex Ecclesiasticus in Clericum delinquentem sententiam criminis declaratoriam aut condemnatoriam ad pœnam proferre in ipsa Ecclesia potest, *can. Præceptum 2. q. 2. & c. Decet.*

2. junctâ Glossâ *V. Secularium in 6. partim* verò; quia immunitas Clericorum Personalis non impedit, quò minus clericus delinquens puniri valeat à judice Ecclesiastico: ergo nec Localis; cum ista minor sit eâ, quæ competit personis, utpote quæ secundum Apostolum, *Templum Dei vivum* existunt, *2. Corinth. cap. 6. v. 16.* Deinde; quia, si clerici delinquentes à propriis judicibus extrahi ex Ecclesiis non possent, id cederet in magnum Ecclesiæ dedecus ac præjudicium; cum enim illi sæpe in ædibus Ecclesiæ adfuitis & immunitate gaudentibus degant, eorum delicta frequenter manerent impunita; etsi hæc laicorum excessibus sint graviora, eaque ad tollendam offensivam & scandalum pusillorum puniri publicè plurimum interfit, ut rectè adnotavit Panormit. *l. cit.* Demum; quia judicium Ecclesiasticum Medicinale & Spirituale potius est quàm Vindicativum & Temporale; cum in eo non procedatur ad pœnam Capitalementem: ad quam evitandam præcipuè Asyli sacri jus est introductum, *c. Clerici c. Sententiam cit. &c.*

Ex his planè corrui in contrarium 97a ex Jure deductum fundamentum; cum, legibus Imperialibus laicos duntaxat affici, sit exploratum: ad eosque sacrorum Canonum generalitatem Consuetudo & ipsa etiam Constitutio Gregoriana, antiqui Juris optimæ Interpretes, aperte restringant.

Non magis urgent rationes. Prior; quia immunitas quidem loco, sed in ordine ad illas tantum extractions concessa est, per quas illi irreverentia inferitur: qualis ea tantum est, quæ à non superiore sive laico, non quæ à superiore Ecclesiastico inferitur; cum enim iste reum punire valeat in Ecclesia, ex ista reum extrahendò debitam illi reverentiam conservare

C c c c c c 2 servare

servare potius quam violare censetur. Posterior; quia, esto Prælati clericos defendere teneantur adversus jurisdictionem secularem, eos tamen defendere non tenentur contra Ecclesiasticam: contra quam, statu Ecclesiastico assumptò, Immunitatis jus, quò antè fruebantur, respectu Curia Ecclesiastica amitti, satis docet Praxis & Constitutio Gregoriana. Neque propterea clerici conditionis deterioris sunt, quàm fuerunt ante clericatum, cum; quia, sicut post clericatum assumptum Ecclesiasticus, sic ante illius assumptionem secularis iudex eos in suo territorio existentes potuit punire: tum verò; quia assumptò clericatu contra Curiam secularem, tam in, quàm extra Ecclesiam sunt tuti. Accedit; quòd in statu clericali (extra casus Degradationi obnoxios) contra eos delinquentes paternis potius & Medicinalibus, quàm Vindicativis: Mortalibus verò & Sanguinis penis procedi non soleat, *c. Clericis & c. Sententiam cit.*

Neque criminis non excepti reis clericis efficax patrocinium præstat declaratio S. Congreg. Episcop. & Regular. in Una Tropiensi 29. Jan. 1617. cum; quia anni sequentis die 17. Aprilis ab eadem clericos extra casus Degradationi obnoxios ex Ecclesiis extrahi non posse, declaratum perhibet *cit. Delbene f. 12. n. 14.* Quod si ita est, extrahi etiam non poterunt aliquot casibus Constitutione Gregorianâ exceptis; cum excepti non omnes obnoxii sint degradationi: & hæc imposta sit aliquibus casibus illâ non exceptis: tum verò; quia de declaratione illa satis non constat: & non exceptorum criminum reorum clericorum extractionem permittit Consuetudo, quæ Juris dubii optima est interpret, *c. Cum dilectus 8. de Consuet.*

98. Multò minùs, quàm clericos, sa-

crò Asylò Religiosos defendi, præter ea quæ de illis dicta sunt, persuadet textus *Clement. 1. §. Quibus etiam.* Si quis verò, de Privileg. & c. Non solum 2. de Regular. in 6. quibus locis Religiosi in Monasteriis delinquentes penis, pro gravioribus culpis infligi solitis, puniri jubentur: & ratio; quia aliàs Religiosi & Moniales propter delicta in Monasteriis commissa, quantumcunque ea gravia sint, extra casus exceptos nunquam intercerent: neque contra eos processus formari & ferri sententiæ possent, contra quàm docet Praxis & à summis Pontificibus tacite approbata Consuetudo; cum enim, inquit *Delbene cit. dub. 10. f. 15. n. 9.* penè quotidie videant à superioribus Regularium contra suos subditos ad Urbem appellandò provocantes super delictis in Monasteriis commissis formari processus, & sententiæ ferri: idque non improbant, probare videntur, Religiosos contra Prælatos suos non prodesse privilegium Asyli, Monasteriis de Jure competens, quò minùs inde extracti secundum sacrorum Canonum rigorem valeant puniri.

ARTICULUS VI.

De Criminibus, quorum Rei Sacrò Asylò non protegentur.

SUMMARIUM.

99. Immunitate gaudet reus cognitus criminis non excepti.
100. Excipiuntur 1. Laro publicus.
101. Quis laro Publicus proprie sit.
102. Asylò defenditur sur etiam quilibet scitatus.
103. Prædationem clam aut in via factam privata.

- 104. Vel in publica sine effectu, vel semel tantum exercens.
- 105. Et, qui Latro speciali tantum, non communi jure Censetur.
- 106. II. Publicus Grassator viarum:
- 107. Qui latronis nomine latet,
- 108. Non proprie accepto etiam in Jure venit.
- 109. III. Depopulator agrorum Nocturnus antiquo:
- 110. Moderno jure etiam Diurnus.
- 111. IV. In Ecclesia vel Coemeterio homicidium vel mutilationem,
- 112. Secundum aliquos quodvis grave crimen Immunitatis fiducia committens.
- 113. Verius Asylò privatur in eis cujusvis injusti.
- 114. Et solius homicidii vel mutilationis commissa reus:
- 115. Licet extra Ecclesiam existens in ea existentem,
- 116. Vel ex ea extra Ecclesiam existentem occidat:
- 117. Vel in ea existentem occidi mandet.
- 118. Probabilius tamen eadem in ea Sc. solum mandans,
- 119. Et in Ecclesia atrio, scala &c. occidens Asylò defenditur.
- 120. V. Proximum suum proditorie occidens.
- 121. VI. Reus criminis Assassini,
- 122. VII. Vel Heresicos aut Apostasie,
- 123. Si istorum: non etiam, si aliorum criminum ratione conveniatur.
- 124. Immunitate non gaudent hereticorum receptatores &c.
- 125. VIII. Reus lese majestatis in personam Principis,
- 126. Sive alicujus superiorem, saltem in temporalibus, non recognoscens,
- 127. Si positivam actionem in ejus persone offensa,
- 128. Etiam non secus à effectu exerceat.

- 129. Etque ratione Originis vel domicilij subditus sit
- 130. IX. Secundum aliquos reus cujusvis criminis, exceptis gravioribus.
- 131. Sed verius non exceptorum rei in Asylò tuti sunt:
- 132. Nisi ex isto extrahi permittantur à Papa,
- 133. Vel generali Constitutione edita excludantur.

Regula est, Sacrorum & Religiosorum locorum immunitate defendi reos quoscunque. Jure specialiter non exceptos, ut clarè decisum est c. Inter alia 6. ubi relatus Innocentius III. de reo ad Ecclesiam confugiente, *Quantumcunque*, inquit, *gravia maleficia perpetraverit, non est violenter extrahendus.* Excipiuntur autem & sacra Asylà non protegentur Primò, Latrones publici, can. Sicut antiquitus 17. q. 4. c. Inter alia cit. & Constitutione Gregorii XIV. à n. 25. relata. Latrones autem dicuntur, qui vias & stratas publicas, flumina aut maria publica obfidunt, & viatores vel præternavigantes ex insidiis aggrediuntur ac despoliant, Panormit. in c. Inter alia cit. n. 5. Ambrosin. de Immunit. cap. 2. n. 6. & Jordanus Lucubrat. Lib. 11. tit. 3. n. 314. Publici autem censentur latrones, quando latrocinia palam & in via vel strata publica, ut piratæ solent, in mari aut flumine exercent, aut habentes arcem vel castrum disrobant, hoc est, vi aggrediuntur vel spoliant, aut etiam occidunt, Panormit. l. cit. Barboza Juris Eccles. Lib. 2. cap. 2. n. 79. & alii, notantes; ut latrones Publici reputentur, de latrocinio constare debere vel per notorietatem Juris; quòd de eo in judicio sponte confessi vel legitime convicti vel per sententiam condemnati sint: vel per notorietatem Facti; quòd latrocinia palam com-

C c c c c ; missa

99.

100.

101.

mista sint, & ullâ exceptione vel tergiversatione excusari vel declinari non possint, ut infra dicitur *Lib. 5. tit. 1. à n. 3. c. Vestra 7. junctâ Glossâ V. Non distretur, de Cohabit. cleric. & mul. c. c. Cum olim 24. de V. s. Unde*

102.

Inferunt DD. sacro Asylo recipi ac defendi Primò, furem simplicem, imò etiam qualificatum, si non adhibeat violentiam; quia non est Latro, neque etiam, ut paulò post patebit, Graffator: quos, dum sacri Canones excipiunt, Regulam firmant in casibus non exceptis, Hostiens. in *c. Inter alia cit. n. 4. & Diana p. 6. et al. 1. resol. 15.* Verùm quidem est, teste Claro §. *fin. q. 3. n. 14. & Covarruvia Lib. 2. Var. cap. 20. n. 14.* fures etiam simplices alicubi vi Consuetudinis ex Asylo extractos ante Constitutionem Gregorianam. Sed, quia istâ Immunitati contrariâ Consuetudines omnes sublatae sunt, Asylo sacro hodie fures quoque protegentur: nisi, quoad ipsos constitutionis illius Juri novissimo derogatum constet rationabili & legitime præscripta consuetudine recentiori, Farinac. *Appendic. de Immunit. cap. 6. n. 94. Guazzinus Defens. reor. 1. cap. 37. n. 59. & Gonzalez in c. Inter alia cit. n. 7.*

103.

Secundò eum, qui aliquem per insidias clam in via privata est deprædatus; quòd non sit latro Publicus, sive Jus antiquum sive Constitutio Gregoriana spectetur, *citt. Ambrosin. cap. 2. n. 3. & Farinac. cap. 10. n. 151.*

Tertid eum, qui in via & strata etiam publica hominis deprædationem solum attentavit; quia in pœnalibus & odiosis, præsertim quæ cedunt in præjudicium Ecclesiarum, actus perfecti esse debent & consummati, Delbene *de Immunit. cap. 16. dub. 11. n. 11.* & alii ab eo relati.

Quartò eum etiam, qui hominem

palam in via publica deprædatus est tantum semel; quòd vox *Publica* denotet frequentiam: & sicut ex unica fornicatione *Meretrix publica*, & ex unico actu usurario *Publicus usurarius* non dicitur, sic nec *Latro nec graffator Publicus* dicitur ex unica aggressionem vel deprædatione, *arg. l. Quid sit 17. §. 14. ff. de Edict. editio* præsertim; cum frequentiam denotet ipsum nomen latronis, Panormit. in *c. 1. de Judicia n. 24. citt. Barbolan. 32. & Farinacius n. 164. contra Martham de Jurisdic. p. 2. cap. 51. n. 2.* ex unica deprædatione in via publica commissa aliiquem latronem Publicum ceteri, aliterentem.

Quintò eum etiam, qui deprædationis actum in loco privato, vel in publico unicum duntaxat exercet, vel solummodo attentat in loco, cujus specialis statutum vel usu talis, ut latro Publicus puniatur, ut cum *Pezuera Decis. 40. n. 7. docent citt. Guazzinus cap. 38. n. 17. in fine Ambrosin. cap. 30. n. 7. & Sperellus Decis. 103. n. 23.* Ratio est partim; quòd summi Pontifices delicta, quorum reos Asylo defendi noluerunt, secundum propriam, communi Jure & DD. usu approbatam potius quam specialis alicujus loci usu receptam significationem acceptant, ut notat Farinac. *Lib. 1. Consil. 76. n. 8.* partim verò; quòd, si in delictorum qualitatibus spectanda essent statuta particularia, jus Immunitatis ad unam formam & uniformem Regulam reducere laudatus Papa nec quicquam conatus fuisset, ejusque restrictio & extensio pendere à potestate Seculari: quæ delictorum qualitates definiendò, & plures delictorum species ad crimina à Gregorio XIV. excepta trahendò, sacram Asylum magna ex parte tollere & diminuire possit.

Secundò, Asylo sacro non dicitur duntaxat publici Graffatores viarum, Consuetudine

Stitutions Gregoriana cit. quales dicuntur, qui quasi cum impetu gradiuntur; ut viatores, quibus in viis & stratis publicis insidiantur, despoliunt, *cit. Farinac. cap. 12. n. 161. & Palao Tract. 11. disp. unic. p. 9. n. 6.* Ubi

Dubium est, an & quomodo differant à Latronibus. Differre ab his, licet non multum absint, liquet ex *l. Capitalium 28. ff. de Penis*, cujus §. 10. dum dicitur, *Grassatores, qui præda causâ id faciunt, proximos latronibus haberi*, aperte supponitur, inter hos & illos intercedere differentiam. Quam autem ista sit, variant DD.

107. Mihi in proposita materia Publici Latronis nomen Jure Ecclesiastico non eodem semper modo: sed aliquando largè, aliquando presè sumi videtur; ut eò quidem latius acceptò veniant, quicumque in viis & stratis publicis viatores aggrediuntur & spoliant, abstrahendò, an id cum vel sine cæde fiat: stricte verò & magis propriè sumptò intelligantur ii tantum, qui illos aggredi & despoliare solent interveniente cæde, sive hominis interemptione, Haunold *Tom. 6. de f. & f. tract. 2. n. 356.* Priori modo accepti publici latrones ab ejusmodi grassatoribus non distincti videntur *can. Sicut Antiquitus & c. Inter alia cit.* quibus textibus latrones habentur, *Qui itinera frequentata & publicas fratas obsident aggressione insidiis*, nullâ cædis habitâ consideratione aut factâ mentione, Panormit. *in c. cit. n. 5. cit.* Ambrosin. *n. 6.* & Jordanus *n. 314.* Posteriori verò modo summi & à grassatoribus distingui videntur *can. Cum homo 23. q. 5. l. Capitalium cit. §. 10. & §. 1. Si ut allegas 4. C. ad L. Cornel. de Sicar.* imò & Constitutionis Gregorianæ verbis, *Si fuerint publici Latrones viarumque Grassatores*: quibus subjecta verba, *Qui itinera frequentata*

& publicas fratas obsident & viatores ex insidiis aggrediuntur, quando hæc sunt interveniente hominis interemptione aut vulneratione, ad Latrones: quando verò sine ista sunt, ad Grassatores referenda videntur.

Tertiò Depopulatores agrorum Nocturni, *c. Inter alia cit. & Constitus. Greg. 109.* sive, qui de nocte agrorum segetes & vinearum fructus destruant ibi se abscondendò, illos devastandò vel incendendò, Hostienf. *in c. cit. V. Depopulatores & Fagnanus ibid. n. 28.* ut depopulatur nomine veniat non solum, qui animò lucrandi aufert, sed etiam, qui ob vindictam aliumve malum finem datâ operâ agros, segetes, vineas &c. devastat, Jordanus *cit. Tit. 3. n. 322.* Neque necesse est; ut ejusmodi vastatio fiat publicè: sed quomodocunque facta ex Asylò excludit, si legitime fuerit probata, *cit. Palao p. 9. n. 4.*

Ratio autem istorum & publicorum Latronum ac Prædonum potius, quam aliorum, etsi fortassis deteriorum malefactorum, extractionem ex Asylò permitteendi, ea reddi solet; quòd illos præ aliis puniri interfit, qui pluribus exitium cogitant, *can. Est injusta 23. q. 4. & Reipublica* quietem ac tranquillitatem graviter perturbant, *l. fin. C. Quando liceat sine jud. Glossa fin. in c. fin. cit. Fagnan. in c. Inter alia cit. n. 28. in fine, & Guazzinus Defens. reor. 1. cap. §. n. 38.*

Dubium est de agrorum Depopulatore Diurno: cui antiquò Decretalium Jure Asylum patuisse, liquet ex *c. cit. particula specificante Nocturnus*: cujus expressione, Diurno asylum patere, tacite insinuabatur, *arg. l. Si inter 15. ff. de Except. rei judic.*

Hoc illum etiam post Constitutionem Gregorianam protegi, censent *cit. Delbene dub. 17. n. 5. & Palao n. 4.* eâ ducti ratione; quòd in dubio Jus antiquum firmatum

firmatum potius, quam correctum debeat censer, *l. Sed & posteriores 28. ff. de LL. atque idcirco Gregorius XIV. cum Diurni non meminerit, cum Jure antiquo Nocturnum solum excludere voluisse, sit existimandus, præsertim in materia odiosa & restringente favorem Ecclesiarum. Sed verius modernò Jure etiam Diurnum excludi, cum *citr. Farinac. n. 161. & Barbosa cap. 3. n. 87. defendit Haunold. Tract. cit. n. 194.* quòd laudatus summus Pontifex, particulam restrictivam Nocturnus omittendò, satis expresserit, ex asylo excludi depopulatorem agrorum quemcunque, sive noctu sive interdiu agros vastàrit; præsertim cum *Constitutione* sua insinuàrit, casus aliquos antiquò Jure exceptis superaddi.*

III. Quartò, asylo sacro non recipiuntur & protegentur, *Qui homicidia & mutilationes in ipsis Ecclesiis earumve cæmeteriis committere non verentur*, tenor est *c. fin. cui* ut quoad sensum congruat *Constitutio Gregoriana*, eò expressa particula *Et* disjunctivè pro *Vel* est exaudienda, *arg. l. Sape 59. ff. de V. s.* quòd aliàs in Ecclesia sine mutilatione occidenti Immunitas contra totius Ecclesiæ sensum & Praxin esset adstruenda, *Lezana V. Immunitas n. 11. Quid autem proprie mutilatio sit, statuetur Lib. 5. tit. 12. à n. 7.*

Ratio hujusmodi homicidii aut mutilationis perpetratæ reos ex asylo sacro excludendi *c. fin. cit.* ea redditur; quòd Ecclesiæ & cæmeterii privilegiò, & ipsius legis auxiliò se reddant indignos; *Cum in eo, in quo deliquit, puniri qui debeat: & frustra legis auxilium invocet, qui committit in legem, c. Quia frustra 14. de Ursuris & l. Auxilium 17. in fine, ff. de Minoribus.* Unde

III 2. Dubium oritur, an propter omne & solum homicidium & mutilationem, vel propter alia etiam crimina in Ecclesia vel

cæmeterio commissa, reus ex asylo excludatur; fuere enim magni nominis DD. qui generaliter quoscunque gravis delicti in iis commissi reos immunitate privari, & *c. fin. cit.* homicidia ac mutilationes exempli duntaxat gratià expressa, cum *Panormit. in c. cit. n. 9. & Claro §. fin. q. 30. n. 15.* existimarent; quòd *c. cit.* expressa ratio gravia crimina generaliter omnia complectatur; atque idcirco locus sit *arg. l. Regula 9. §. 5. V. Et licet ff. de J. & F. J.* cum credibile non sit, Ecclesiæ privilegium in ipsa mutilantibus denegari à Papa, id concedente ibidem committentibus furta, raptus, adulteria, stupra &c. *Consentit Guttierrez Q. Civil. Lib. 1. q. 1. n. 17.* qui tamen exigit; ut delictum in Ecclesia vel cæmeterio commissum sit sub spe impunitatis; quòd illius fiducia in illis delinquentes coëcere Papæ interdictio fuisse videatur. Qua in re

Censet primò cum *citr. Covarruvias n. 20. Barbosa n. 104. Fagnano in c. fin. cit. n. 28. & Haunoldo n. 202.* cædis vel mutilationis in Ecclesia vel cæmeterio commissa reos asylo sacro non defendi, licet illas neque fiducia impunitatis neque ex proposito, sed in rixa subito coorta perpetrarint. Ratio est; quia, esse Papa ad hos ex asylo excludendos specialiter motus sit ab iis, qui in Ecclesiis vel cæmeteriis sub tali spe mutant vel occidunt, inde tamen non inferitur, non alios, quam sub tali spe occidentes vel mutilantes excludi; cum nonnunquam ratio non universalis moveat ad condendam legem universalem: & id *c. fin. cit.* factum, delatatur tam ex generalitate textus, ejusmodi homicidas indistinctè privantis immunitate, quam ex *Constitutione Gregoriana* cædis aut mutilationis in Ecclesia commissa reos eadem privante absolute & indistinctè, ut rectè observat *Delbene cit. dub. 19. §. 4. n. 6.*

114. Censeo secundò, Constitutionis Gregorianæ novissimò & modernò Jure solius homicidii & mutilationis in Ecclesia vel cœmiterio perpetratae, non etiam aliorum criminum in iis commissorum reos, immunitate privatos, prout etiam docent *citt. Farinac. n. 208. Jordanus n. 338. Del-bene dub. 19. n. 10.* & alii, quibus apertè favet *declaratio S. Congreg. Immunitatis, furti in Ecclesia commissi reum immunitate gaudere, judicantis 18. Novemb. 1631.* Ratio est; quia memoratà Constitutione disertè cavetur; ne rei laici ex Ecclesiis extrahantur, præterquam in casibus eà exceptis: quos inter homicidium & mutilatio in Ecclesia vel cœmiterio commissa referuntur, omisso omni aliò crimine in ea perpetrato: quod etiam factum est *c. fin. cit.* non obscurò argumentò, aliorum criminum ibidem perpetratorum reos inde extrahi invitos non posse. Et profectò, si Papa homicidium & mutilationem solius exempli gratià expressisset, Ecclesiarum Prælati graviter errandi dedisset occasionem; cum paucioribus verbis, *In Ecclesia delinquentes*, excipiendò mentem suam planius exposuisset, ut rectè advertit *citt. Haunold. n. 198. cum cit. Farinacio n. 227.* immunitate privari negans eum, qui in Ecclesia etiam cum magna effusione sanguinis alium vulnerat: si inde mors & mutilatio non sequatur: imò etiam, si hæc per accidens sequatur, *vg. ex negligentia vel imperitia chirurgi.*

Neque generaliter, quosvis criminis in Ecclesia commissi reos ejus immunitate privatos, evincit generalitas rationis, cum; quia à Gregorio XIV. fortassis ad antiqui Juris declarationem, est omissa: tum verò; quia, licet immunitate privari potuissent quicumque in Ecclesia graviter delinquentes, id tamen de facto factum non est. Neque ex ea ratione in occi-

dentes vel mutilantes statuta privatio ad alios casus extendi potest; cum pœnalis sit & odiosa, Fagnanus *in c. Inter alia cit. num. 55.*

115. Quartum hunc immunitate privatorum casum DD. variè extendunt, vel potiùs declarant; ut comprehendat Primò eum, qui extra Ecclesiam existens sclopò, jaculò, lapide &c. in ea existentem occidit vel mutilat, ut cum Navarro *Manual. cap. 25. n. 71. & cit. Covarruvia n. 15.* docent Laiman *Lib. 4. tract. 9. cap. 3. n. 6.* Guazzinus *Defens. reor. 1. cap. 3. n. 21.* & Lezana *V. Immunitas, n. 11.* Ratio est; quia talis revera occidit in Ecclesia; licet enim occisio initium habuerit extra, executionem tamen & consummationem (quæ in delictis maximè attenditur, Bartol. *in l. Libellorum 3. ff. de Accusat. n. 7.*) habet in Ecclesia, in qua accidit læsio inducens vitæ privationem. Ex qua ratione contrarium inferitur de eo, qui intra Ecclesiam existens sagittà, sclopò, lapide &c. extra eam in profano loco existentem occidit; quia re ipsa & propriè loquendo non in Ecclesia: sed ex ea occidit, & delictum extra eam consummatur, Bonacina *Tom. 2. disp. 3. q. 7. p. 4. n. 8.* Del-bene *dub. cit. f. 5. n. 2.* & Haunold. *tract. cit. n. 207.* In praxi tamen damanda non est Opinio Panormit. *in c. fin. cit. n. 11.* Covarruvia *cit. n. 15.* & Guazzini *n. 20.* talem atylo defendi, negantium; quòd mortis vel mutilationis causam necessariam in Ecclesia vel cœmiterio ponat.

116. Secundò eum, qui in Ecclesia vel cœmiterio existentem occidit mandat; quòd talis verè reus sit homicidii vel mutilationis sacrilegæ, *arg. c. Mulieres 6. S. fin. de Sent. excom. & l. Utrum 6. ff. ad L. Pomp. de Parricidis.* Cujus ulterior ratio est partim; quia, *Quod quis facit per alium, per seipsum facere censetur, Reg. 72.*

D d d d d in 6. &

in 6. & actus mandanti potius tribuitur, quam exequenti, c. *Ut fame* 35. de *Sent. excom.* partim; quia mandans aliquem ab Ecclesia extrahi, incurrit poenas latis *Constitutione Gregoriana*. Ergo etiam mandans in ea occidi privatur immunitate, *citr.* Laiman n. 6. Barbosa *cap.* 3. n. 6. & Farinac. n. 230.

118. Non minus tamen, quam isti, probabiliter ejusmodi mandato Immunitatis privationem non incurri, defendunt *citr.* Ambrosin. *cap.* 5. n. 9. Lezana n. 11. Jordanus n. 339. Haunold. n. 210. & alii; quod immunitatis privatio hoc casu expressè statuta solum fit in occidentem in Ecclesia vel in ea mutilantem; mandans autem aliquid fieri, non rectè ipse dicitur fecisse: nisi in lata & extensa significacione, & quando hoc Jura expressè fingunt; & propterea leges poenales latae in facientem, quando id non exprimunt, mandantem non comprehendant, *arg. Reg. Odia* 25. in 6.

Neque urget in contrarium deducta ratio prior; quia, ut dictum, mandans homicidium propriè & realiter non occidit. Posterior; quia *Constitutione Gregoriana* poenae latae sunt non in solos extrahentes, sed in omnes, qui aliquid agunt contra Immunitatem: privatio autem Aisyli non cuiuscunque contra Ecclesiae reverentiam aliquid agenti imposita est; sed solummodo in ipsa occidenti vel mutilanti: qualis spectata verborum proprietate is tantum est, qui verè & realiter occidit.

119. Tertiò eum, qui eadem vel mutilationem committit prope Ecclesiam, in ejus atrio, scalis &c. saltem, si post crimen perpetratum ad Ecclesiam fugâ se recipiat. Ita cum Hostiensi in *Summa hic* §. 4. n. 13. *citr.* Navarrus n. 22. Covarruvias n. 25. Gutierrez q. 1. n. 15. & Barbosa n. 116. Moventur; quòd ante fores & prope Ecclesiam delinquens in ea de-

linquere censeatur, *can. Sicut arripitur* 6. *can. Si quis in atrio* 7. *can. Quisquam* 17. q. 4. cum generatim appellatione demus etiam ostia ceteraque domitus conjuncta contineantur, *arg. l. Si aqua* 47. §. 1. *Licet* 48. ff. de *Contrab. emp.*

Sed melius, prope Ecclesiam & in ejus atrio occidentem Aisylo defendi, docent *citr.* Panormit. in c. *Inter alia* cit. n. 11. Lezana n. 11. Suarez de *Relig. tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. n. 9. & alii primi nominatim ac nota DD. Ratio est; quia tam c. *Si quis* cit. quam *Constitutione Gregoriana* ad immunitatis privationem exigitur; ut homicidium vel mutilatio *In ipsi Ecclesia carumve cameris* perpetratur: quòd homicidium vel mutilatio prope Ecclesiam, in istius atrio vel scalis commissio non fit; cum particula *In* ablativo juncta idem significet, quod *intra*, locumque interiori duntaxat demonstrat, *arg. l. An Protor* 1. §. 1. ff. de *Fluminibus*. Particula autem *Ipsi* personalissima sit, & interioris spatii ad oculum demonstrativa, Scaris phan. Gratian. *Discept. Forens.* *cap.* 104. n. 13. Confirmatur; quia, si in ejusmodi locis adherentibus effundatur sanguis aut semen humanum, non polluitur Ecclesia per tradita *Tit.* 40. n. 43. ex ratione; quòd impedimentum pollutionis quàm poenale sit & odiosum: cuiusmodi cum etiam sit privatio immunitatis, illa non incurretur per homicidium vel mutilationem, in scalis vel atrio Ecclesiae & prope hanc factam. Unde corrumpit ratio in contrarium deducta.

Quantumvis autem haec Opinio fortius magis consentanea, minimè tamen damnanda est Praxis contraria: imò haec praeferrè, si constaret de favente et declarante Clementis VIII. à Farinacio allegata *cap.* 16. n. 210. & hanc non vitiosos casus vel circumstantias particulares, sed universaliter factam.

Quia

120. Quintò, Ecclesiarum immunitate non defenduntur homicidæ Proditorii. c.

1. de Homicid. & clariùs Constitutione Gregoriana ibi, *Qui proximum suum proditorie occiderit.* Proditorie autem occidere dicitur, qui proximum, non præcisè per insidias & dolum: sed sub specie amicitia, vel nullius existentis, vel præcedentis inimicitia per reconciliationem sublata, aut promissionis seu fidei data de non offendendo, incautum nihilque mali prævidentem aut suspicantem ferro venenò &c. occidit: sicut à Joabo Principe exercitûs David Abner Princeps militiæ Israel, simulandò amicitiam: & Abner Princeps exercitûs Juda, exosculandò &, *Salve mi frater,* dicendò interfecti perhibentur *Reg. Lib. 3. cap. 2. v. 28. & 32.* per tradenda *Lib. 5. ad Rubric. de Homicidio,* ad quam hic casus latè discutietur *Art. 8. & 9. totis.*

121. Sextò, eadem non protegentur rei criminis Assassini, Constitutione Gregoriana *cit. & c. 1. de Homicidio in 6.* vel potius istius textûs interprete consuetudinae: quæ *c. cit. verba, Sit etiam à toto populo Christiano diffidatus,* etiam ad Immunitatis privationem refert. *cit. Suarez cap. 11. n. 13. & Gutierrez q. 7. an. 50.* Assassini autem hodie dicuntur, quicumque pecuniâ aliâve re promissâ Christianum non præcaventem alterius mandatò occidunt, aut etiam occidi mandant, per tradenda eòdem *Lib. 5. ad Rubric. de Homicidio Art. 10. totis.*

122. Septimò, eòdem Ecclesiarum privilegiò non gaudent rei criminis Hæreseos *Constitut. Gregorii XIV. an. 25.* relatà: imò ante hanc editam ex Orthodoxæ Fidei Ecclesiis exclusi fuere ex consuetudine, teste *cit. Covarruvia cap. 20. n. 6. & Farinac. Prax. Criminal. q. 28. n. 68.* Eadem, imò major ratio est Apostatarum à Fide Christiana; quia hujusmodi Aposta-

ta Hæresem includit: & istius pœnæ omnes in illius reis locum habent, Panormit. *in c. 1. de Apostat. n. 3. & cit. Farinac. n. 169.* Imò & Schismaticorum, quando eorum Schisma cum Hærese est conjunctum.

Dubium est, an hæretici immunitate etiam non gaudeant quoad crimina ab hæresi distincta, ut homicidium, furtum, adulterium &c. sunt. Ratio dubitandi est; quòd allegata Constitutione hæresis reis ad Ecclesias perfugium absolute & indistinctè denegetur. Nihilominus illos quoad hujusmodi crimina immunitate defendi, cum Sylvestro *V. Immunitas 3. q. 3.* docent *cit. Gutierrez q. 1. n. 28. Farinac. n. 172. Delbene n. 7.* & alii ab his relati. Rationem reddunt partim; quòd in hæretico, propter homicidium, adulterium, furtum & alia crimina non excepta ad Ecclesiam confugiente, hæresis se habeat per accidens: partim verò; quòd Jus, hæreticum ex Asylò excludens, accipiendum sit in sensu formali & reduplicativo, sive quatenus reus est hæresis, & pœnam ejus ratione infligendam fugit: quod confirmat Praxis Germaniæ, in qua aliorum criminum aut debitorum reis hæreticis Ecclesiæ tutum perfugium præstant, Haunold, *cit. Tract. 1. n. 161.*

Dubium deinde est de Hæreticorum 124. receptoribus, fautoribus, defensoribus &c. Quos Asylò sacro non defendi, docent *cit. Palao p. 9. n. 41. Barbosa n. 124. Haunold. n. 230.* idque sacri Tribunalis Inquisitionis praxi semper observatum, testantur *cit. Farinac. cap. 13. n. 175. & Diana p. 6. tract. 1. resol. 38.* Non quidem ratione receptionis, favoris, auxilii &c. sed ratione criminis hæreseos: cujus justam suspicionem præbet: utque eà se purgent, vel de crimine convicti & condemnati plectantur, ex Ecclesiis extrahi & sacri illius Tribunalis vel alterius

D d d d d 2 judicis

judicis Ecclesiastici examini subijci solent.

125.

Ostendit, sacro Asylo non protegentur rei criminis læsæ Majestatis humanæ in ipsam Principis personam; hujus enim violatores, sicut effectu etiam non secuto infami morte perire, eorumque aboleri memoriam, Imp. voluerunt, *l. Quisquis 5. C. ad L. Jul. Majest.* sic milerorum ac nocentium communi perfugio privandos, censuit Gregorius XIV. *Constitutione n. 25. relata 27.*

126.

Principis autem nomine hoc loco ex communi DD. sensu veniunt non solum Papa, Imperator, Reges: sed etiam S. R. E. Cardinales Archi- & Episcopi, præsertim Germaniæ nostræ, tanquam S. R. J. Principes, Magni Equitum Melitenium & Teutonicorum Magistri in Ecclesiastica: & in Seculari Republica S. R. J. Electores, Archidux Austria, Bavariæ, Saxoniam, Heuturiam, Sabaudiam, Parmæ aliique ejusmodi, & Venetæ ac Januensis Rerumpublicarum Duces, Marchiones & Comites, non indiscriminatim quicumque, sed plenum jus in territorio suo obtinentes, & superiorem in temporalibus non recognoscentes, *citt. Farinac. cap. 14. n. 188. Bonacina q. 7. §. 6. n. 2. & Delbene dub. 23. f. 1. n. 35.*

127.

Quare, quisquis memoratorum eisque similium Principum alicujus personam, positivam aliquam actionem in ejus damnum vel offensam exercendo, v.g. occidendo, vulnerando, percutiendo, conjurando, machinando, hostiliter insequendo, eum hostibus prodendo, vel tales actiones mandando, consensu vel consilio promovendo, easve exercentibus auxiliium & favorem præstando lædit, secundum *citt.* aliòsque DD. Ecclesiastica immunitatis suffragio privatur. Quod verum est, etiam si ejusmodi actionem positivam effectus, v.g. cædes, vulneratio, percussio, captivitas non sequatur; quia his

128.

etiam non secutis, in Principem actio positiva ad ejus personam læsionem tendens exercita, ac proinde læsæ Majestatis crimen in ipsius personam est commissum, Clarus *§. Crimen læsæ Majest.* n. 16. Farinac. *Prax. Criminal. q. 112. n. 91. & Delbene cit. f. 1. n. 3.*

etiam non secutis, in Principem actio positiva ad ejus personam læsionem tendens exercita, ac proinde læsæ Majestatis crimen in ipsius personam est commissum, Clarus *§. Crimen læsæ Majest.* n. 16. Farinac. *Prax. Criminal. q. 112. n. 91. & Delbene cit. f. 1. n. 3.*

Dubium est, an immunitatis suffragium Jure ademptum sit ei, qui ejusmodi actione Principis non sui personam offendit. Dubitandi ratio est; quod læsæ Majestatis reus generatim sit, quisquis Principis personam offendit, *l. Quisquis cit.* licet aliàs ejus subditus non sit; cum ipsa ejusmodi actione illi subijciatur, ejusque forum fortiatur ratione delicti, *c. si de Foro compet. & Auth. Si qua C. Ubi de crim. agi oportet.* imò delicti forum potentius sit eò, quod ratione Originis vel Domicilii fortimur, *c. Postulasti 14. de Foro compet. c. 1. de Raptorib. & c. 1. de Privileg. in 6.*

Sed, esto quis, ubi deliquit, plectatur, & extraneus in Principis non sui personam machinari ausus stabile præsidium ab asylo sperare in Praxi nequeat, inde tamen spectatò Jure extrahi nequit, namquam reus læsæ Majestatis; quod ad hoc crimen Jure exigatur; ut quis Principis, cujus personam offendit, ratione originis vel domicilii sit subiectus, *Clement. Pastoralis 2. de Sent. & re judic. cujus §. Rursus Clemens V. declarat, Robertum Sicilia Regem criminis læsæ Majestatis, in Henricum Imp. commissi, reum non esse: ejusque declarationis ea ratio redditur; quod ille Imperatori huic nec originis nec domicilii ratione fuerit subiectus, prout etiam sentiunt Clarus *§. cit. n. 7. Farinac. q. 112. cit. n. 240. Gomez Tom. 3. de Delictis cap. 2. n. 10. & Diaz Prax. cap. 119. n. 1.* Unde Judæus vel Paganus necem Papæ aliquid machinatus, & huic ratione originis vel domicilii non subiectus reus non*

reus non est læsæ Majestatis. Extrahi tamen hujusmodi Infideles ex Asylo possent jussu Papæ, legem ab Antecessore suo Gregorio IV. latam relaxantis: sicut non raro aliorum enormium, non tamen exceptorum, criminum rei inde extrahi ab eo permittuntur, per tradita à Farinac. *cit. cap. 22. n. 346.*

Neque obstat subjectio ratione delicti; quia hæc delictum sive machinationem in principem non antecedit, prout exigit læsæ Majestatis crimen. Unde talis plethi quidem in delicti loco potest: non tamen incurrit privationem Immunitatis, latam in reos violatæ Majestatis.

130. Octo criminibus hæc tenus declaratis & Constitutione Gregorianâ expressis Gambacurta *Lib. 5. de Immunit. cap. 18. & Portell. Dub. Regular. V. Ecclesia Immunitas. n. 15.* addenda existimant quævis alia, *Constitutione* illâ enumeratis graviora. Ratione moventur eâ; quod lex etiam pœnalis ad similes & graviores casus extensionem admittat, quando in his etiam militat ratio expressa in ipsa ejus dispositione. Ita *citt.* & nonnulli alii DD. Sed contra torrentem aliorum, quibuscum *citt. Farinac. cap. 22. n. 235. Palao p. 10. n. 4. Del. bene dub. 24. s. 1. n. 1. Haunold. n. 235. Fagnanus in c. Inter alia cit. n. 34. & Sperellus Decis. 22. n. 8.* ad Ecclesias per fugium octo duntaxat memoratorum criminum reis Jure ademptum, docent. Moventur; quod antiquo Decretalium non nisi expressè exceptorum criminum reis Immunitatis suffragium denegetur, *c. Inter alia cit. verbis, Quantumcunque gravia maleficia perpetraverit, non est violenter ab Ecclesia extrahendus:* quibus proditam Regulam subjecti & expressè excepti casus in cæteris non exceptis casibus fitmant, *arg. l. Quæsitum 12. §. 43. V. Denique ff. de Fundo instructo.* Novissimo

autem Jure, Immunitatem octo duntaxat reatorum criminum reis non prodesse, planè liqueat ex *citt. Gregorii XIV. Constitutione:* quâ imprimis omnibus juribus ad unam formam redactis octo illorum rei Curia seculari repetenti consignari jussi: deinde indulta & privilegia, præter alia reorum extractionem pluribus permittentia, revocata & sublata; & demum adempta est facultas, expressos & specialiter exceptos octo casus per interpretationem ad quoscunque alios non expressos extendendi, ut præter DD. *citt.* advertit Franc. Leo *Theaur. Fori Eccles. p. 1. cap. 13. n. 27.*

Quare vanum est, cui Opinione 131. suam adversarii superstruunt, fundamentum; quia legem pœnalem ejusque pœnam ob solam paritatem, identitatem, & majoritatem etiam rationis, regulariter ab expressis ad personas casus & causas non expressas extensionem non admittit, cum Glossa in *Reg. In pœnis 49. in 6.* tradunt Castro *de Lege Pœnali cap. 7. docum. 1.* Suarez *Lib. 6. de LL. cap. 3. n. 5. Gutierrez Q. Canon. Lib. 1. cap. 42. à n. 30. & Salas de LL. disp. 21. s. 5. n. 11.* Unde

Infertur propositæ immunitatis suffragium; cum ad Ecclesias fugâ se recipiunt, non denegari simplicis, imò & qualificati, specialiter tamen non excepti, homicidii, furti & adulterii reis & raptoribus virginum: quibus ad illas per fugium præclusum quondam erat Jure Civili, *Novell. 17. cap. 7.* Blasphemiarum item non hæreticalis, Simoniarum, Sodomitique etiam frequentatæ reis, incendiariis & spoliatoribus ipsarum etiam Ecclesiarum: nec non reis procurati abortus, falsatæ monetæ & aliorum etiam atrocium criminum: nisi eorum alicujus vel plurium extractionem Consuetudo, introducta post Constitutionem Gregorianam,

zianam, aut ista recentius privilegium Apostolicum cohonestet: vel reos, ut in casibus particularibus Romæ frequenter solet, ex Ecclesiis vel Monasteriis, ad quæ fugâ se receperunt, extrahendi licentia à Papa sit impetrata.

133. Quodsi in Provincia aliqua crimen pessimò publicò frequentari & invalescere, ad Sedē Apostolicam referretur, ista pro maximo zelo, quò vitia extirpare & facinorosorum hominum licentiam coercere semper solita est, procul dubio ejus reos ex Asylo sacro extrahendi licentiam stabilem concederet indultò speciali, vel promulgatâ nova Constitutione, ad Christiani Orbis provincias omnes se extendente: qualem ad extrahendos homicidii præmeditati reos concedi, optat Eminentiſſ. de Luca *Theatr. V. & I. p. 4. Lib. 14. disc. 9. n. 7.*

ARTICULUS VII.
De Reorum ad Sacra & Religiosa Loca fugientium Privilegiis.

SUMMARIUM.

134. I. Reus ex Asylo neque excludi à Prelato,
135. II. Neque à iudice vi extrahi,
136. Vel ab alio ita extrahi,
137. Vel ad egrediendum gravi metu coactus,
138. Vel dolosâ impunitatis promissione, nomine iudicis factâ, inductus capi potest.
139. Secus est, si fugæ spe sibi factâ deceptus egrediatur.
140. Cautione de impunitate receptâ antiquò,
141. Non etiam modernò Jure extrahi à Prelato.

142. Aut sacra Asylo renuntiandò in sui extrahionem consentire potest.
143. Confugam vi extrahentibus resisti,
144. Aliter tamen ab ipso, aliter ab Ecclesia potest.
145. III. Ausferri eidem nequeunt rem illata Asylo:
146. Nisi injustè detineantur.
147. IV. Violenter extrahi restitutio facienda est,
148. Spoliata vel alteri Ecclesia,
149. Vel Episcopo ipsiusque Vicario Generali.
150. V. In Ecclesia Ec. rem nec vincendus neque incarcerandus est:
151. Etiam donec constet de Crimine qualitate.
152. VI. Subtrahi eidem nequeunt alimenta:
153. Qua, si necessitas postulat, ministranda ab Ecclesia,
154. Et huic à reo compensanda sunt.
155. VII. Condemnari in Asylo existens nequit ad penam corporalem.
156. De injuria tamen & damno satisfacere tenetur.
157. Duo hac in re notatu digna.

Immunitatis effectus five Sacrorum & Religiosorum locorum, ad eaque fugâ se recipientium reorum privilegia non pauca nec contemptenda sunt.

Primò enim rei ad ea confugientes recipiendi sunt, nec repelli possunt: juxta illud, *Pateant summi Dei Templum membris*, l. 2. pr. G. de His, qui ad Eccles. confug. can. Definivit 17. q. 4. c. Inter alia 6. hâc Rubr. quò textu, dum Ecclesiarum Rectores confugarum Virum & membra servare jubentur, aditum ipsis ad illas præcludere, eosque repellere citra omne dubium prohibentur. Del-

bene de Immunit. cap. 16. dub. 24. f. 4. n. 1. & Haunold, Tom. 6. de l. & l. Traß. l. n. 272.

135. Secundo criminis non excepti rei quicumque, Asyllo recepti, extrahi ex eo inviti & extrahi prohibentur, l. cit. l. Fidelis 2. l. Praesenti 6. C. Rubr. cit. can. Definuit cit. can. Frater, can. Reum q. 4. cit. & e. Inter alia cit. & Constitutione Gregorii XIV. à n. 25. relata.

Imò capi & violenter abstrahi ex Ecclesiis &c. nequeunt, quando ex iis ad triginta passus, ob cibi vel somni capiendi vel aliam corporis necessitatem, reversuri egrediuntur, per can. Definuit cit. verba, Sed in hoc triginta passuum numero progredientes &c. ad requisita naturae usum debitis exeant locis. Ratio est; quòd ita ex Ecclesia ad vitandam omnem ejus irreverentiam exiens, illam deserere moraliter non censetur, Diana p. & Traß. 1. resol. 26. Unde

136. Dubium oritur primò, an reum, ex Asyllo sacro per vim ab aliquo extractum, ad carceres & vincula abstrahere valeat ejus violentiæ non conficius iudex secularis. Quod huic permillum, sine dubio affirmat Suarez Tom. 1. de Relig. Lib. 3. cap. 13. n. 17. in fine. Sed melius negant Valentia Tom. 3. disp. 6. q. 15. p. 1. ad 2. M. Ant. Genuenl. in Praxi cap. 17. n. 6. & Palao Traß. 11. disp. unic. p. 11. n. 2. Ratio est; quia Jura confugas in Ecclesiis ita securos esse volunt; ut inviti earum immunitate privati à nullo possint; & propterea, si eà quacunque vi de facto priventur, eà de Jure non excidant; cum extractio inviti non solum illicita, sed ipsò Jure nulla & irrita sit, per Constitutionis Gregoriana verba, Nec non irritum decernimus & inane, si secus super his per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Unde sic corporaliter extractus,

moraliter pro non extracto: sed in loco sacro existente, habetur; atque idcirco iudex eum extra hunc repertum apprehendendò & detinendò, moraliter eum extrahere, vel injustam extractionem ab alio captam continuare censetur.

Idem fere DD. sentiunt de eo, qui 137. gravi & injusto vg. occisionis aut violentæ extractionis metu ex Asyllo fugiens est interceptus; cum moraliter extractus vel expulsius potius sit, quàm egressus, Farinac. Append. de Immunit. cap. 2. n. 53. cit. Del-bene dub. 24. f. 4. n. 1. & Haunold. n. 241. can. Id constitimus 17. q. 4. verba, Si reus timore actus ab Ecclesia discesserit, à Clericis non queratur, de timore, non ab alio injuste incusso, sed propria apprehensione concepto exaudientes.

Dubium secundò est de reo, ad egressum blandis ac dolosis verbis inducto, & apprehenso à Curia seculari. Quem 138. Ecclesiam restituendum affirmandò & negandò, sibi adversantium DD. Opiniones facile conciliantur auxiliò distinctionis; vel enim ejusmodi verbis & dolosà impunitatis promissione ab ipso iudice istiusque auctoritate, vel ab alio vg. fugam expeditam aut aliud quiddam mentiendo præterdente, ad egressum inductus est?

Si prius, Ecclesiam est restituendus; quòd sub impunitatis conditione & obligatione ab Ecclesia dimissus aut ipse egressus censetur; atque idcirco suà promissione iudex stare & securitatem præstare egresso teneatur: & si reuatur, ad id compelli censuris possit, Navarrus Manual. cap. 25. n. 22. Azor p. 2. Instit. Lib. & cap. 9. q. 11. Barbosa Jur. Eccles. Lib. 2. cap. 3. n. 54. & M. Ant. Genuenl. cap. 17. cit. n. 5. testificans, ita in Curia Archiepiscopali Neapolitana iudicatum: & eum, qui impunitatis à iudice promissæ fiducia

fiduciâ ex Asylo fuit egressus, restitui aut sine sanguinis aliâve simili corporali pœna dimitti iustum, 1498.

Si posterius, ad ejus restitutionem judicem non obligant *citt.* Navarrus n. 21. Suarez *cap. 13. n. 2.* & Farinac. *cap. 19. n. 302.* quòd talis dici nequeat passus violentiam & extractus: quod potissimum Jure prohibetur, *can. Miror, 8. can. Frater 10. can. Si quis contumax 20. can. Desinit 35. q. 4. cit. c. Inter alia & Constit. Gregoriana citt.* Confirmatur; quia precibus & blandis ac mendacibus verbis inductus, suâ potius imprudentiâ, quàm alienâ fraude circumventus videtur, *arg. c. Cùm dilectus 6. de his, que vi met. causâ,* cujus textus habet, *Nec obstante dolô, quò se proponebant fuisse seductos; cùm talis dolus non tam ad circumventionem, quàm ad fatuitatem eorum debeat retorqueri.* Satis tamen probabilis est Opinio Dianæ existimantis, etiam talem, saltem si hominis aliâs fide digni mendaci asseveratione ad exeundum inductus fuisset, Ecclesiæ restituendum, cùm; quòd talis viri dolosa verba æquiparentur violentiæ: tum verò; quòd hæc Opinio favorabilis sit Immunitati.

140. Dubium tertio est, an ad Ecclesiam confugiens seculari Curie repositenti tradi valeat ab Ecclesiæ Prælato. Qua in re locus, imò opus est distinctione inter Jura; quantumvis enim cujusvis criminis reus ab Ecclesiæ Prælato, juratâ aliâve cautione receptâ de immunitate à mortis aliâve pœna corporali, tradi permittitur fuerit antiquo, *can. Reum 9. can. Id constituimus 36. q. 4. & c. Inter alia citt.*

141. Moderno tamen Jure Curie seculari repositenti consignari criminis non excepti reus invitus non potest; quòd *Constitutione Gregorianâ* reos extradendi facultas solum concedatur in criminibus exce-

ptis: eaque, dum Prælati horum dantur taxat reos *Ministri & Officialibus Curie secularis absque irregularitatis nota* tradere & consignare posse dicuntur, citè insinuat, reos criminum non exceptorum tradi non posse absque nota irregularitatis, si traditorum mors aut mutilatio sequatur, Quare hodie non excepti criminis rei Curie seculari consignari nequeunt sine licentia Papæ aut alterius, ab eo habentis potestatem ejusmodi licentiam concedendi; cujusmodi potestas fieri solet Apolliticis ad Christianos Principes & provincias gubernandas Legatis pro casibus, quibus extraditionem permittendi iusta & rationabiles causæ esse ipsis videbuntur, testibus Deciano *Tract. Criminal. Lib. 9. cap. 22. & Guazzino Defens. reor. 1. cap. 29. n. 3.*

Dubium quarto est, an ex Asylo extradi valeat reus consentiens. Eius enim extractione Immunitatem à seculari Curia non violari, in *can. Frater 10. q. 4. cit.* notarunt Archidiaconus *V. Relatorem & Turrecremata V. Eodem. n. 2.* At melius alii, licet reis exitum, aut saltem eorum sponte exeuntium & extra Asylum deprehensorum apprehensionem Curie seculari permittam, concedant, extractionem tamen ex ipso Asylo illicitam & invalidam censent; quòd immunitas non tam reorum ad Ecclesias & Monasteria confugientium privatus, quam ipsorum sacrorum & Religiosorum locorum privilegium & Religionis intuitu concessus publicus favor sit, *can. Reum 9. can. Frater 10. can. Desinit 35. q. 4. cit. & l. Presenti 6. C. de his, qui ad Eccles. confug. juri autem & favori publico privatorum pactionibus & cessionibus nequeat renuntiare, c. Si diligenti 12. de foro compet. & l. Jus publicum 38. ff. de pactionibus citt. Palao p. 11. n. 5. & Delbene dub. 26. n. 7.*

Dubium

143. Dubium quintò est, an & quomodo Curia seculari, criminis non excepti reum ex Asylò vi extrahere volenti, valeat resisti. Resistit ei posse, comunissima sententia & ratio perspicua est; quòd ex una, Curia secularis injustam vim inferat Ecclesiae & reo ista recepto: ex altera verò parte, se defendere & injustam vim vi repellere à Jure sit permissum, l. *Ut vim 3. ff. de l. & l. Scientiam 45 §. 4. ff. ad l. Aquil.* etiam, cum vim infert Jultitiæ & reo ista recepto: ex altera verò parte, se defendere & injustam vim vi repellere à Jure sit permissum, l. *Ut vim 3. ff. de l. & l. Scientiam 45 §. 4. ff. ad l. Aquil.* etiam, cum vim infert Jultitiæ & reo ista recepto: ex altera verò parte, se defendere & injustam vim vi repellere à Jure sit permissum, l. *Prohibitum 5. C. de Jure Fisci.*

144. Quantumvis autem reus laicus vim vi repellere & securitatis suae jus propugnare, si necesse sit, etiam armis possit; quòd ita defendere se potius quam offendere videatur, Del. bene cit. dub. 32. n. 2. & Ecclesia, etiam fores occultandò, & alia ad externam vim impediendam idonea & ab Ecclesiastico statu non aliena media absque aggressione adhibendò, Immunitatis suae jus valeat tueri, statui tamen suo & Juri, can. *Conventior 20. Ec. 23. q. 8.* conformius agat, & scandala, quae ex violentia & armata defensione nasci solent, evitabit, si externam vim repellat, suaeque fidei ac tutela commissum confugam & privilegium suum tueatur comminatione Censurarum Ecclesiasticarum, Juxta can. *Sicut antiquitus 5. can. Miror 8. can. Frater 10. Ec. 17. q. 4.* Covarruvias Lib. 2. Var. cap. 20. n. 18. in fine Laiman. Lib. 4. Tract. p. cap. 3. n. 14. & Haunold. Tract. 1. cit. n. 250.

145. Tertio, reus Asylò sacrò receptus spoliari nequit bonis suis in Ecclesiam illatis, can. *Sicut antiquitus cit. ibi, Qui autem Ec. bona ejus subtraxerit, can. Deservit cit.* cujus verba sunt, *Nullus au-deat quodcumque nocibilitatis, damni vel spoliis propriorum bonorum residentibus*

in loco Sancto inferre. His accedit S. Congreg. super Controvers. Jurisdictional, à qua adversus eos, qui confugarum bona atque etiam arma auferunt, sicut adversus Immunitatis violatores procedendum esse 13. Jan. 1632. declaratum, prohibet cit. Del. bene dub. 30. n. 1. *Suis, inquam, & Jussu possessis*: non alienis & detentis injultè; talia enim ipsis auferri non prohibentur, saltem cum licentia Ecclesiastici Prælati, teste eodem n. 4. Ratio est; quia hujusmodi bonorum rerumque ablatione nihil nocibilitatis, damni vel spoliis patitur; cum ei solummodo peccandi occasio seu materia auferatur: & ne ab eo illatà & continuatà injurià damnum patiantur alii, caveatur, cit. Covar. ubi. n. 11. Suarez n. 3. & Palao n. 10.

147. Quarto, rei criminis non excepti ex Ecclesia vel Monasterio extracti cum bonis inde abstractis sunt restituendi, can. *Miror & can. Sicut antiquitus cit.* ubi, qui personam hominis vel bona inde subtrahit, *Quovis per restitutionem emendet, & quod rapuerit, reddat*, excommunicari jubetur. Rationis locò est generalis Regula de Spoliato ante omnia restituendo, c. *Item cum 6. c. Conquerente 7. Ec. de Spoliat. restit.* Panormit. in c. *Inter alia cit. n. 35.* Tuschus Practic. V. Ecclesia, concl. 10. n. 20. Barbosa in can. *Sicut cit. n. 2.* & Fagnanus in c. *Inter alia cit. n. 10.* Quod ad eò verum est; ut reus etiam propter crimina post extractionem, dum in Curia secularis manibus esset, commissà à Curia ista nequeat puniri; quòd pro ipso & pro Ecclesia, ipsum sine omni ejus nocibilitate vel damno detinendi jure spoliatis, tradita & ab omnibus recepta Regula flet, M. Ant. Genuenf. cap. 17. cit. n. 5. & Diana p. 6. Tract. 1. resol. 32.

Neque ab hac rei violenter extracti restitu.

¶ ¶ ¶ ¶

restitutione secularis Curia excusatur, si juratoria vel aliâ cautione Ecclesiam securam reddat de morte aliâve corporali poena ipsi non infligenda; quia Ecclesiae prius satisfactio exhibenda est pro injuria illata per spoliationem, & restitutionem exposcente, *citt. can. Sicur. can. Miror, citt. Panormit. n. 35. & Farin. n. 50.*

148. Dubium est, cui Ecclesiae restitutio sit facienda. Et, è qua violenter extractus est, faciendam: nec sufficere; quòd Ecclesiae vel Monasterio alteri fiat, censet Diana *p. 6. cit. Tract. 1. resol. 29.* junctâ Glosâ *V. Possessionem, de Offic. de leg.* spoliata autem sit Ecclesia, à qua violenter est extractus. Sed, etsi hoc verum sit casu, quòd, restitutione alteri factâ, rei extracti saluti & commodis minùs esset prospectum, casu tamen, quòd rei extracti aut Ecclesiae violatâ id specialiter non interest, restitutionem alteri Ecclesiae vel Monasterio, vel Episcopo aut ejus Officiali seu Vicario generali fieri posse, censent *citt. Farinac. cap. 2. n. 48. Bonacina q. 7. p. 3. n. 14. Palao p. 11. n. 13. & Haunold. n. 252.* Ecclesiae alteri; quia privilegium Immunitatis omnium unicum est; ut, sicut injuria per violentam rei extractionem uni illata, sic etiam satisfactio rei quae extracti restitutio omnibus sit communis. Episcopo aut ejus Vicario; quia facta illi, sive immediatè sive mediatè per istum, facta censetur Ecclesiae, quam specialiter representat, *can. Scire debet 7. q. 1. c. 1. de In integ. Restit. in 6. M. Ant. Genuens. cap. 22. n. 7.*

150. Quintò, reus Sacro aut Religioso loco receptus vinculis in eo constringi, aut carceri includi nequit à Curia seculari, *l. Praesenti cit. & can. Definivit cit. quo illi nihil Nocibilitatis vel damni inferri prohibetur; ne ex Asylò fiat carcer, & à seculari Curia jurisdicção exerceatur in*

loco ab ipsa exempto, contra; *c. fin. de Constitut. in 6. & l. fin. ff. de Jurisdic. citt. Covarruv. n. 17. Tuschus Constitut. 10. n. 12. & Farinac. cap. 19. n. 297.*

Dubium est, an vinculis & carceri constringi aut alio modo, ne elabatur, custodiri reus valeat saltem, absque, an Immunitate gaudeat, ab Episcopo pronuntietur. Ratio dubitandi est; quòd interea dubium sit, cujus jurisdictionis reus subiciatur: & ne, antequam, eum Immunitate non gaudere, pronuntietur, elabatur fugâ: ad quam practurandam suamque jurisdictionem indemnem conservandam constringi, & arctius custodiri posse videtur.

Nihilominus reum ita constringi & custodiri posse, magno consensu DD. negant propter textus *l. & can. cit. Receptionem reddunt partim; quòd Ecclesiae sacro sinu receptus confuga existat in loco, extra secularis potestatis territorium sito, vel extra hoc existenti equiparato & ab illa exempto: partim verò; quòd tali casu Ecclesia sit in possessione vel quali ipsius rei recepti; atque idcirco eâ possessione non deicienda, donec de veritate & qualitate criminis legitime constet. Ita Decianus *Tract. Criminal. Lib. 6. cap. 29. n. 2. Peregrinus de Immunit. cap. 16. n. 29. citt. Farinac. cap. 19. n. 297. & Bonacina p. 3. n. 5.* ne autem reus interea elabatur, fuga ei praecedit potest & solet à custodibus vel militibus, qui ejus egressum non in ipsa Ecclesia vel coemeterio, sed extra ista in prophanò loco praestolentur, Haunold. *citt. Tract. 1. n. 234.**

Neque, eum in ipsa Ecclesia constringi & custodiri posse, asserentibus faret *Constitutio Gregoriana*, in hujusmodi dubio casu laicos delinquentes *Sub tunc carceri & opportuna custodia data, si opus fuerit, per curiam secularem detineri jubens, &c.*

bens, donec ab Episcopo, *An verò crimina excepta commiserint*, cognoscatur; quia Gregorius Papa non loquitur de reo existente in Ecclesia, vel de custodia aut alligacione illius in ista: sed de eo propter crimen exceptum à Curia seculari vi extracto: quem restituendum &, donec causa decidatur, non in ipsa Ecclesia, sed extra istam in carcere Ecclesiastico: &, si iste tutus non sit, per secularis Curia ministros vult custodiri, ut à S. Congreg. Episc. & Regul. 30. Septemb. 1616. declaratum, testis est *cit. Delbene dub. 27. n. 9.*

152. Sextò, reo, dum in Asylo est, victus, vestimenta aliàque vitæ necessaria inferri possunt & permitti debent, *can. Deservit & l. Prasenti cit.* Ratio est; quia reo alimenta in locum Sacrum vel Religiosum inferri prohibentes ipsum indirectè vel inde extrahunt, aut exire compellunt, vel in Asylo perimunt, juxta illud S. Ambrosii *Lib. de Officiis, Si non paveris, fame occidisti, can. Pasce 21. disp. 86. ut in c. Inter alia cit.* notant Hostiens. §. *Si liber & Joan. Andr. n. 5.* ubi uterque & ex ipsis Fagnanus *in c. cit. n. 20.* observat, circa Immunitatem à seculari Curia graviter delinqui, si reo requiem, vestes aliàque victualia denegandò aut inferri prohibendò eum vel egredi vel fame mori compellant, contra *l. & can. cit.*

153. Dubium est, à quo reus in Asylo sit alendus. Quia in re à DD. recepta est distinctio; vel enim habet bona propria, ex quibus alatur, vel iis caret? Si prius, ex propriis ei præstanda sunt alimenta: quæ si præsto non sint, & ab Ecclesia suppleantur, huic ad compensationem est obstrictus, Sylvester *V. Immunitas 3. q. 3.* Ratio est; quòd tali casu Ecclesia præsentì solùm necessitati subvenire: non absolute donare præsumatur, per tradi-

ta à D. Thoma *Quodlib. 5. art. 7.* Si postèrius, ad ejus sustentationem tenentur consanguinei &, horum subsidiò deficiente, Ecclesia; Panormit. *in c. Inter alia cit. n. 28.* Sylvester *l. cit. & Azor p. 2. Instit. Lib. 5. cap. 9. q. 13.* Ratio est; quia, cùm confuga se committat tutelæ ac protectioni Ecclesiæ, ad quam fugit, æquum omnino est; ut hæc pro sua in miseris pietate eum, necessariis vitæ subsidiis aliunde destitutum, non derelinquat & seculari Curia se permittere compellat. Ita cum DD. *cit. Haulnold. Tract. 1. cit. n. 247.* ubi ipse & Ranbeck *Panopl. Immunit. disp. 4. cap. 5. n. 43.* monent, hujusmodi reum cogi posse ad serviendum Ecclesiæ, & in istius commodum laborandum, saltem si hoc possit & aliàs solitus sit: cùm; ne immunitas ipsi occasio sit otiandi: tum verò; quòd, cùm Ecclesia ipsi subministret alimenta, æquitas exigat, hæc labore aliàve ratione compensari.

Septimò, Asylo sacro receptus à seculari Curia ad mortem aliàmve gravem corporalem vg. mutilationis, fustigationis, trirerium, servitutis, ex liti, carceris &c. poenam nequit condemnari, *can. Reum can. Id constituimus c. Inter alia cit. Tufchus cit. Concl. 10. n. 5. 8. 14. & 66. cit. Farinac. cap. 21. n. 335. Bonacina q. 7. §. 5. V. Quartus & Palao p. 11. n. 9. Corporalem, inquam, & Gravem.* Prius; quia pro damno & injuria illata offenso exhibitâ pecuniâ aliòve modò satisfacere tenetur, per *can. Reum cit.* verba, *Tamen legitime componat.* id est, pecuniariter satisfaciatur, *Quod iniquè fecit, Glossa in can. cit. & can. Id constituimus cit.* quò confugæ à morte, debilitate securi esse jubentur, *ita tamen, ut ei, cui fuerit criminofus, sive damnofus & injuriosus, de satisfactio- ne conveniat.* Postèrius; quia, si in

Ecce e 2 bonis

bonis non habeat, de quo pecuniariam
aliãve similem satisfactionem præstet
ei, cui obnoxius est, corporali, sed mi-
tiori & non graviter afflictivã penã af-
fici posset, juxta vulgatum, *Qui non
habet in ere, luat in cute*; cum tali ca-
su non per se, sed per accidens tantum
in corpore puniretur, *citr. Del. bene dub.
31. n. 7. & Haunold. n. 248.*

Notatu tamen digna hic duo sunt.

157. Primùm ex Fagnano *in c. Inter alia cit.
n. 20.* ab Ecclesiarum Prælatis non rarò
delinqui, cum ad Ecclesias & Monaste-
ria sua confugientes, quantumcunque
gravium criminum reos, de liberatione
magis quàm de emendatione aut satisfa-
ctione lætis præstanda solliciti, in totum
salvare nituntur ita; ut omnino nullam
etiam pecuniariam & moderatam penam
subeant, contra *c. cit.* dispositionem &
ipsam Iustitiam. Alterum; quòd, te-
ste Claro *§. fin. q. 30. n. 23. & Farinacio
q. 28. n. 77. in fine*, Consuetudine ali-
cubi receptum sit; ut, cum delinquens
in casibus non exceptis ad Ecclesiam fugit,
Curia secularis contra eum per in-
quisitionem citationemque procedat: &
in non comparentem juxta delicti legiti-
mè probati qualitatem proferat senten-
tiam: quæ tamen, si Capitalis sit, execu-
tioni mandari, Immunitate Ecclesia-
stica obstantem, non potest.

ARTICULUS VIII.

De Cognitione, an
Reus gaudeat Immunitate,
& istã privatorum ex Asylo
Extractione.

SUMMARIUM.

158. Capita quæstionis, an reus gau-
deat Immunitate, tria sunt.

159. Cognitionem de qualitate loci vel
persona, Seculari;
160. Et Ecclesiastica Curia adfruentium
vera Opinio;
161. Sive de iù Juris,
162. Sive Facti quæstio sit.
163. De qualitate Criminis cognitionem
quidam Seculari,
164. Aliqui ei simul & Ecclesiastico ju-
dici,
165. Melius alii huic soli vendicant.
166. Causa Immunitati non Prælati,
sed Ecclesia propria,
167. Et non dicitur, sed Ecclesiastici
Fori est.
168. De ea iudex secularis simpliciter
tantum se informare;
169. Verè & judicialiter cognoscere po-
test Episcopus,
170. Sede vacante Capitulum,
171. Et utriusque Vicarius Generalis.
172. Reus criminis exceptis sine cogno-
tione Ecclesiastica,
173. Et persona Clericalis intervenit
extrahi ex Asylo non potest.

F Reus in praxi dubitatio & in-
ter Ecclesiasticas ac Seculares Cur-
rias concertatio est, an reus sa-
cro vel Religioso locò receptus
ejus gaudeat Immunitate: eaque inde
scitur; quòd non constat de qualitate,
vel ipsius loci, ad quem reus confugit, an
Sacer, Religiosus aut prophanus sit: vel
personæ eò receptæ, an laicalis vel cle-
ricalis, & Fori privilegio extra Asylum
tuta sit adversus curiam seculari, aut se-
cus: vel criminis à confuga perpetrati,
an aliquod ex octo exceptis & ad Asylum
præcludentibus aditum, & istius suffra-
gium adimentibus, vel aliud sit. Quò
casu, cum in dubio locus Sacer aut Re-
ligiosus, persona Clericalis aut Religio-
sa, & crimen, quod commissum est, ex-
ceptum,

ceptum, sive speciali qualitate asyli suffragium adimente affectum esse, non præsumatur arg. c. Cum in Jure 31. de Offi. deleg. & c. fin. de Præsump. opus est cognitione judiciali de loci, personæ & criminis qualitate. Unde

159. Dubium & controversia non levis est de jure, respectu hujusmodi cognitionis de iure competente.

Et quidem, si dubium sit de qualitate loci vel personæ, non desunt, qui cum Castro de Manu Regia p. 1. cap. 10. n. 1. & Olibano de Jure Episcopi cap. 11. n. 12. eam adstruant Curie seculari, eaque ratione moveantur; quòd cujusvis iudicis sit cognoscere, an sua sit jurisdictio: prout de Ordinario ex l. Si quis ex alieno 5. ff. de Judiciis l. Ex quacunque 2. ff. Si quis in Jure vocat. &c. de Delegato autem patet ex c. Pastoralis 14. & c. Super literis 20. in fine, de Rescriptis.

160. Sed melius, ejus dubii cognitionem ad iudicem Ecclesiasticum pertinere, cum Ant. de Butrio in c. Ceterum 5. de Judic. defendunt Covarruvias Practic. cap. 33. à n. 1. Steph. Gratianus Discept. Forens. cap. 190. à n. 11. duo Barboza, Petrus in l. Titia 34. ff. Solutio marim n. 28. Augustinus de Offic. & Potest. Episc. p. 2. alleg. 12. n. 34. & Oliva de Foro Eccles. p. 1. q. 26. n. 21. asserens, hanc communem fere omnium sententiam, propter expressum textum c. Si iudex 12. de Sent. excom. in 6. ubi Bonifacius VIII. Dubitationis, inquit, an sit, qui repetitur, clericus, ad iudicem Ecclesiasticum cognitio pertinebit. Rationem Papa reddit; quia de re spiritali & Ecclesiastica est: de qua (sive de persona & rebus spiritali annexis, vg. de Ecclesia, Altari, calice aliisque rebus, consecratione vel benedictione speciali affectis & Divino cultui dedicatis) sive principaliter sive incidenter in iudicium deducatur, secularis iudex cognoscere non

potest, c. Decernimus 2. c. Quando 3. de Judiciis, c. Tuam 3. de Ord. cognit. c. Lator 5. c. Causam 7. Qui filij legitimi &c.

Quare vim non habet pro isto iudice deducta ratio; quia in dubio, an sua sit jurisdictio, æstimare secularis iudex solummodo potest, quando materia temporalis & prophana, reisque conventus laicus est, ut dictum Lib. 2. tit. 2. n. 15. cum tali casu in materia & persona fundatam intentionem habeat & jurisdictio-nem: non etiam, quando materia spiritalis aut reus conventus Ecclesiasticus est; horum enim respectu solus iudex Ecclesiasticus intentionem suam iure fundatam habet, c. Si iudex c. Quando &c. cit. Marthæ de Jurisdic. p. 2. cap. 5. n. 16. & p. 4. casu 145. à n. 14.

Atque hæc Resolutio procedit non 161. solum, cum de persona vel loco Juris, sive de Ordinationis vel professionis Religio-sæ, vel consecrationis, benedictionis & ad divina factæ deputationis valore: sed etiam, cum de ipsis facti quæstio est, vg. de persona, an, quò loco Ordines majores vel minores ei collati, vel professio edita sit, an beneficium habeat, vel habitum ac-tosuram clericalem detulerit: & de loco, an, quando & à quo Episcopo conse-cratus, cujus Ecclesiasticæ autoritate ad divina deputatus sit: ut de Persona dictum Lib. 2. tit. 2. à n. 108. de Loco verò inde liquet, quòd ad effectum; ut ex eo reus extrahi valeat, non sufficiat constare vel probare ejus consecrationem, benedi-ctionem vel ad Divina deputationem factam: sed necessarium sit, ut constet vel probetur validitas consecrationis, benedi-ctionis & deputationis ad divina; cum, si locus quidem consecratus, benedictus aut deputatus ad divina de facto: non etiam de Jure seu validè & legitimè sit, ejus suffragiò confuga adversus secularem Cu-riam non defendatur; ac proinde cog-nitio, an

E e e e e 3

cio, an locus, ad quem reus fugit, securitatem ei praestet, non solum Facti sed Juris etiam quaestionem involvat: iudex autem secularis de quaestione Juris, sive de consecrationis, benedictionis, ad Divina deputationis valore cognoscere nequeat. Unde de ea etiam verè & judicialiter cognoscere Ecclesiastici iudicis est partim; ne causae continentia dividatur, contra Regulam l. Nulli 10. C. de iudiciis & c. 1. de causa poss. & propr. partim verò; quòd, cum facti quaestio ad eum, de quo agitur, effectum non sufficiat, de ea frustra cognoscat & pronuntiet iudex secularis, arg. l. Ad probationem 21. C. de Probat. & c. Dilecti 8. de Except. Jansen in l. Quoties 3. C. de iudiciis n. 8. & Baldus in Auth. Et qui jurat C. de Bonis auct. jud. possid. n. 27.

163. Si verò dubium sit, an crimen, quod Sacro vel Religioso loco receptum laicus perpetravit, sit exceptum, ejus cognitionem seculari Curiae adstruunt nonnulli JCTi. ab Orthodoxa Fide alieni vel Ecclesiasticae jurisdictioni aperte infesti, eò ducti fundamentò; quòd nemo iudex competens sit in propria causa, can. Inter querelas, junctà Glossà V. Propria 23. q. 4. & l. Unica C. Ne quis in sua causa jud. Causa autem Immunitatis propria sit Praelati Ecclesiastici, ad cujus Ecclesiam reus se recepit, propter specialem conjunctionem, quam cum ista habet, c. Inter corporalia 2. & c. Licet 4. de Translat. Episc.
164. Alii cum Remigio de Gonny de Immunit. g. 1. n. 6. & Castro de Manu Regia p. 2. cap. 50. n. 41. de ejusmodi dubio ab utroque tam Seculari quam Ecclesiastico iudice cognoscendum volunt, moventurque geminà ratione; Prima est, quòd de causa Mixti fori, qualem in dubio de qualitate criminis agi volunt, simultanea cognitio diversorum iudicum valde conveniens, & in Jure fundata sit, per textus Auth. Si ve-

rd C. de iudiciis, ubi ad simultaneam recognitionem Archi. vel Episcopo adiungitur iudex secularis: & c. Per hoc 17. de Heret. in 6. ex cujus dispositione de crimine Haereseos convenientius simul cognoscunt Inquisitor Apostolicus generaliter delegatus & Ordinarius. Altera; quòd in tali dubio agatur de praedictio utriusque Curiae, Ecclesiasticae & Secularis, respectu jurisdictionis; cum Curia ista praetendere valeat delinquentem immunitate non gaudere: illa verò asserere contrarium: atque idcirco valde conveniens Iurique consentaneum sit, ut de eouterque simul cognoscat, arg. Regula, Quod omnes tangit 29. in 6. & l. In procedendo 7. ff. de Aqua pluvia arc.

Sed Iuris omnino explorati est, ejusmodi cognitionem soli Ecclesiastico iudici competere, ut cum Boerio Desf. cop. Gutierrez Praef. Lib. 3. q. 1. n. 5. Farinac. Prax. Criminal. q. 28. n. 76. Guzzino Defens. reor. 1. cap. 31. n. 3. Augustino Barbosa Jur. Eccles. Lib. 2. cap. 3. n. 135. plerique docent. Eorum fundamenta sunt imprimis textus Iuris can. Inter querelas 32. can. Ad Episcopum 17. q. 4. & c. Si iudex cit. Deinde supra n. 25. recitata Constitutio Gregoriana, ibi, Nisi cognoverit prius per Episcopum vel ab eo delegatum, an delinquentes verè crimina accepta commiserim &c. Curia seculari assignari possunt. Demum ratio; quia causa, in qua agitur de Immunitate, est Ecclesiastica ad Religionem spectans; cum sit jus annexum spiritualibus, scilicet factis & Religiosis locis, ob quorum honorem & reverentiam est introducta, l. Praesenti 6. C. de His, qui ad Eccles. eonf. can. Reum 9. can. Frater 10. can. Deservit 17. q. 4. ideòque ejus violatio in Sacrorum & Religiosorum locorum injuriam eòdere dicatur can. Deservit cit. Ecclesiasticorum autem causarum cognitio Ecclesiastico iudici soli

dici soli competat, *c. Decernimus, c. Quanto c. Tuam c. Si iudex cit.* Confirmatur paritate legum spectantium Immunitatem: quas cum condere solius Ecclesiastici iudicis sit & à seculari conditæ propter defectum jurisdictionis vim non habeant, nisi quatenus SS. Canonibus approbatæ sunt, Glossa in *c. Inter alia c. V. Publicus latro*, ob ejusdem jurisdictionis defectum de Immunitatis causis cognoscere non poterit Secularis, sed Ecclesiastici iudicium erit expectandum, ut arguit *cit. Oliva q. 27. n. 17.*

166. Neque in contrarium facit primæ Opinionis fundamentum; cum enim *Propria causa ea sit, cujus emolumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet*, definitio est *can. Bidaum 29. §. Dies, V. Palam 2. q. 6.* honor autem & reverentia, quæ per Ecclesiasticæ Immunitatis observantiam exhibetur, & injuria, quæ per ejus violationem & violentam rei extractionem committitur, directè exhibetur aut inferatur Ecclesiæ, & non Prælato, causa Immunitatis Ecclesiæ potius quam Prælati propria erit, nihilque obstabit, quò minus iste, sicut in aliis suæ Ecclesiæ, sic etiam in Immunitatis causa iudex competens sit, secundum receptam Glossam in *can. Si quis erga 16. V. Privetur 2. q. 7. & in c. 1. V. Punitur, de Penis in 6.*

167. Neque fortiores sunt rationes Opinionis secundæ. Prima; quia propositi dubii cognitionem Mixti fori esse, nullâ lege vel ratione evincitur: & si Mixti Fori esset, non ad iudicem utrumque, sed ad eum duntaxat pertineret, qui prævenisset per tradita *Lib. 2. tit. 2. n. 94.* non obstantibus textibus *cit.* nam Inquisitor Apostolicus & Ordinarius, de quibus sermo est, uterque iudex Ecclesiasticus est: Archi. Episcopus autem & Episcopus, licet Ecclesiastici iudices sint, tamen quando simul cognoscunt de causa suspicio-

nis propositæ contra iudicem secularem; *Auth. Si vero cit.* id non faciunt tanquam ministri Potestatis Ecclesiasticæ, sed Secularis & ex commissione Imperatoris vel alterius Principis, ut rectè notat *cit. Oliva p. 1. q. 28. n. 5.* Posterior; quia apertè convellitur textu *c. Si iudex cit.* ubi de negotio utramque, tam Secularem quam Ecclesiasticam Curiam concernente agitur, & tamen cognitio soli Ecclesiasticæ adstruitur; *Quia de re Ecclesiastica & spirituali est*: Secularis autem interest, non; ut iudicet; sed; ut de suo jure tanquam pars dicat, ut colligitur ex textu: Unde Regula *Quod omnes tangit cit.* in præfenti dubio locus non est; quòd in materia spirituali & Ecclesiastica jurisdictionem fundatam habeat solus iudex Ecclesiasticus, *c. Decernimus, c. Quanto c. Sò iudex &c. cit.*

Quantumvis autem vera & judicialis cognitio, discussio, definitioque quæstionis, de criminis exceptione motæ, competat iudici Ecclesiastico soli, seculari tamen neganda non est aliqualis cognitio per viam Facti pro informatione; ut scire possit, an crimini à reo perpetrato annexa sit qualitas adimens immunitatem: sicut ad hunc finem *cit. Tit. 2. n. 123.* permittitur ei est simplex ejusmodi informatio super clericatu rei, quem captivum detinet; ut sciat, an statim facienda sit vel differri queat ejus remissio ad Ecclesiasticum Magistratum, ut observat *cit. Oliva q. 27. num. 21.*

Ex iudicibus autem Ecclesiasticis cognitionem de criminis exceptione de Jure Episcopis, non inferioribus Prælatis, seclusâ delegatione competere, planum est ex *can. Ad Episcopos 1. can. Si quis constitutus 17. q. 4. & Constitutionis Gregorianæ verbis, Nisi cognitio prius per Episcopum seu ab eo deputatum &c.*

An sede vacante Capitulo, istiusque &

que & Episcopi Vicario generali eadem cognitio competat, aliqui in dubium vocant. Sed Jure satis exploratum est, eam competere utrique.

170. Capitulo quidem; quod *Lib. 3. tit. 9. n. 4.* Regulam instar traditum sit, Sede vacante ei competere omnem administrationem & jurisdictionem Episcopalem Ordinariam; nisi specialiter prohibita reperiat, *c. His qua 11. & c. Cum olim 14. de Majorit. & obed. Sc.* cognitio autem de criminis exceptione ad Episcopum non ratione Ordinis, neque ex delegatione Apostolica vel privilegio, sed Jure Ordinario competat, *cann. & Constit. cit.*

171. Vicario autem Generali; quod ipse quoque vi commissionis suae & mandati generalis expedire negotia & cognoscere valeat de causis omnibus, pertinentibus ad jurisdictionem Episcopalem, exceptis duntaxat, quae speciale mandatum requirunt: ita quidem; ut, si aliquo Jure textu habeatur, aliquid ad Episcopi vel dicecesani potestatem pertinere, id etiam pertineat ad Vicarium Generalem: nisi ad id speciale commissionem exigi ex Jure scripto, vel ex consuetudine aut aliunde constet, *Mandol. ad Reg. 24. Cancell. 9. 6. n. 3. Garcias de Benef. p. 5. cap. 8. n. 65. & Laiman in c. Licet 2. de Offic. Vicar. in 6. n. 1. ut ad hanc Rubricam dictum est n. 36.* Cum ergo ejusmodi cognitio de Jure pertineat ad Episcopum, *cann. & Constit. cit.*, & ad eam speciale mandatum ullo Jure non exigatur: imò *Constitutione Gregoriana* de criminis exceptione cognoscere Episcopum ab eoque deputatum & laicum delinquentem in casu excepto extrahendi licentiam dare Episcopum & ejus Officiale posse, asseratur, omnia voce specialiter, & nullo alio termino specialis mandati necessitatem importante appositò; eadem cognitio vi commissio-

nis generalis competet Vicario generali, in ipso Episcopi tribunali & jurisdictionem indistinctam exercenti, *c. Non potest 2. de Consuet. in 6. & c. Romana 3. de Appell. in 6.* Si tamen alicubi ejusmodi cognitio accenseretur causis Arduis, aut generali mandato commissa non censeretur ex Consuetudine, ab hac Praxi non esset recedendum.

In dubium etiam & quaestione vocatur, an confuga, excepti criminis reus, extrahi ex Ecclesiis valeat sine licentia Episcopi, Capituli sede vacante & utraque Vicarii generalis. Ratio dubitandi est; quia criminis excepti reus nulli gaudeat immunitate, sed obnoxius est punitioni Curiae secularis: à qua proinde, quando de qualitate criminis constat, apprehendi statim poterit sine cognitione Episcopali, aut ejusmodi qualitate probatione; cum notorium regulariter relevet ab onere probandi, *arg. c. Petrus 7. de Cobab. cler. & mul. c. Evidentia 9. de Accusat. & l. 1. ff. Ex quibus caus. major.*

Sed, quidquid sit de antiquo, *Gregoriana Constitutione*, novissimo & hodie observandò Jure, etiam hujusmodi reum sine dicta licentia Episcopali extrahi ab Ecclesia posse, DD. magno numero negant; quod *Constitut. cit.* ad legitimam extractionem & incarcerationem licentia Episcopalis & personae Ecclesiasticae interventus expressè requiratur, *Volunt. §. Occurrente §. Quibus delinquentes.* Unde inferunt, dictam licentiam & hujusmodi personae interventum pertinere ad justam extractionis formam; ac proinde, illis non intervenientibus, extractionem legitimam modernò Jure non esse, licet de qualitate criminis constat, *M. Ant. Genuens. Prax. cap. 18. n. 5. Jordanus Lucubrat. Lib. 1. tit. 3. n. 72. c. cit. Farinac. cap. ult. n. 359. Bonacina §. 7. n. 3.*

§. 7. n. 3. Zypæus *Analys. ad hanc Rubric.*
n. 12. &c.

ARTICULUS IX.

De Pœnis violantium
Immunitatem, earum-
que Relaxatione.

SUMMARIUM.

174. Rei extractione ex Asylo committitur Sacrilegium,
175. Severè castigatum à Deo,
176. Et gravibus pœnis Civili,
177. Et Canonico Jure subjectum.
178. Eâ contrahitur Excommunicatio major:
179. Qua hodie lata sententia est.
180. Et à mandante & attentante extractionem rei,
181. Istumque in Asylo occidente incurritur.
182. Relaxatur autem per solam Absolutionem.
183. Secundùm aliquos reservatam Papæ.
184. Probabiliter permissam inferioribus Prelatis:
185. Licet pro ea ad Papam tutius recurratur.

174. **R**eorum Asylo sacrò receptorum extractione &c. gravissimum Sacrilegii peccatum committitur, patet ex *can. Miror 7. can. Frater 9. §. Sacrilegium* post *can. Si quis 16. can. Quisquis 17. Sc. 17. q. 4.* Ratio manifesta est; quia violentæ extractiones & Ecclesiasticæ Immunitatis violationes sunt contra sanctitatem, honorem & reverentiam debitam Ecclesiis consecratis, & locis Divino cultui & obsequio dicatis, juxta illud Gelasii Papæ, *Qui ad*

injuriam sanctorum locorum profuisse probantur, can. Frater cit. cui consonant textus can. Si quis cit. can. Reum 9. can. Deservit 35. Sc. q. 4. cit. l. Presenti 6. C. de His, qui ad Eccles. confug. & S. Augustinus, ejusmodi extractionem Gravam injuriam Religionis & Divinitatis offensam appellans, Serm. 5. de Dedicat.

Quare meritò Ecclesias earumque immunitatem temerariâ confugarum extractione violantium impietas, sicut calò vindice læpe & gravissimè castigata est, apud Tholol. *Synt. ag. Lib. 33. cap. 20. n. 3.* Baronium *ad Annum Christi 465. à n. 2.* & Fran. Leon. *Theaur. Fori Eccles. p. 1. cap. 13. à n. 35.* sic à terrena etiam potestate, decretis in violatores gravibus pœnis, vindicata est utroque Jure.

Imperiali *l. Fideli 2. §. l. Presenti 6. pr. C. de His, qui ad Eccles. confug.* quorum textuum priori læsæ Majestatis crimine tenentur: posteriori capitali & ultimi supplicii animadversione plecti jubentur.

Canonico verò Jure constituta in eos Imprimis est pœna pecuniaria, aliquando nongentorum solidorum, *can. Si quis contumax 20.* aliquando triginta librarum auti examinati purissimi, *can. Quisquis 21.* pro qualitate delicti & delinquentium conditione judicis arbitriò varianda & Ecclesiæ læsæ applicanda pro satisfactione, *can. Si quis in atrio 7. q. 4. cit.* Deinde Pœnitentia publica, quâ arbitrio Episcopi multari jubentur *can. Miror 8. can. Nullus 19. Sc. can. Si quis contumax 20. q. cit.* Demum in eosdem decreta & læpius repetita est omnium, quas Ecclesia habet, gravissima pœna excommunicationis, *can. Sicut antiquus 6. can. Miror cit. can. Frater 10. can. Deservit 35. can. Id constitutum 36. Sc. q. 4. cit.* Quam tamen Censuram secundum hos textus ferendæ, non ipso Jure lata sententia.

fffff

latae sententiae esse, cum Sylvestro *V. Immunitas* 3. q. 8. docent Zerola *in Praxi V. Immunitas* V. 2. & Suarez *Tract. 2. de Relig. lib. 3. cap. 3. n. 3.*

179. An ea excommunicatio ferenda sententiae sit secundum Jus modernum, dubium & controversa est inter DD. Id enim negat Socinus *in c. Nuper 29. de Sent. excom. n. 5.* & alii apud Farinacium *Append. de Immunit. cap. 20. n. 311.* Rationem eam reddunt; quod *Constitutione Gregoriana* antiqui iuris poenae, quae omnes per sententiam infligendae erant, renovatae sint sine mutatione Iuris quoad modum, quod contrahuntur. Sed contra mentem Gregorii Papae XIV. & expressum tenorem publicatae ab eo *Constitutionis*, cuius verba sunt, *Declaramus, cum ipso factis Censuras & poenas easdem incurrere: quae, si excommunicatio hodie sententiam condemnatoriam requireret, plane essent otiosa; cum expressa plus non operarentur, quam omnia, Farinac. cap. 20. cit. n. 313.* Lezana *V. Immunitas* n. 21. Marius *Ital. de Immunit. lib. 1. cap. 6. §. 2. n. 29.* Palao *Tract. 11. disp. Unio. p. 12. n. 3.* & Haunold. *Tom. 6. de J. & J. tract. 1. n. 256.* pro se allegantes Clementis VIII. & Pauli V. *Declarationes.*

180. Atque has poenas incurrunt, tam mandans quam exequens, etiam effectu sive actuali rei extractione non secuta: dummodo intervenerit attentatio ejus propinqua, v.g. si quis secularis Curiae mandato manus admoveat loci sacri januae vel confugae, cum conatu illam violenter aperiendi, aut hunc extrahendi: licet ob resistentiam illam aperire, vel hunc extrahere non possit, *Glossa in l. Fidei cit. V. Tentaverit, Decianus Tract. Criminali Lib. 6. cap. 27. n. 5.* Diana *p. & tract. 1. resol. 15. cit.* Farinac. *cap. 20. n. 321.* & Palao *p. 12. cit. n. 5.* Ratio est; quia tali attentatione jam exercetur actio sub

dictis poenis prohibita, scilicet attentatio & conatus externus, si quis quidem prater vel contra hujus *Constitutionis* nostra tenorem attentare praesumpserit.

Eadem poenae etiam incurruntur ab eo, qui, omnia extractione & istius attentatione, confugam in ipso Sacro vel Religioso loco occidit, ut ex communi DD. sensu tradunt Del-bene *de Immunit. cap. 16. dub. 37. n. 1.* Novarius *Tract. de Eccl. Fori p. 2. q. 14.* Haunold. *tract. cit. n. 280.* & Squillante *Tract. de Oblig. clericis, p. 5. dub. 14. n. 90.* sic in facti contingentia, testificans iudicatum. Ratio per se est; quia poenae illae Jure latae sunt in violatores Immunitatis, quam res Ecclesiae praebent: in his autem occidens vere violat earum Immunitatem; cum vi illius confugis necessaria vitae subsidia non deneganda, *l. Praesenti cit. Quisquam nobilitatis aut damni non interendum, can. Definitur cit. & A morte, debilitate & conatu genere poenarum corporaliu securitas praestanda sit, can. Id configuramus cit.* Accedit; quod a Gregorio XIV. poenae, quae contra Immunitatis violatores per sacros Canones promulgatae sunt, ipso facto incurruntur ab eis, *Qui prater vel contra Bullae tenorem aliquid attentare praesumpserint; quod utique vel maxime facit, qui reum in ipso Sacro vel Religioso loco per se vel per alios occidit.*

Porro, ut violatae factae Asylae rei ab excommunicatione, sacrilegio illo contracta, liberentur, facienda ante omnia est restitutio confugae violenter extractae, & Ecclesiae istius extractione laesa exhibenda satisfactio: quibus demum praestitis censura illa per absolutionem relaxatur, *arg. c. Quae fronte 27. de Appellat. & c. Cum deservet 15. de Sent. Excom.* Ubi

Dubium & controversa inter DD. est, quis ab excommunicatione illa absol-
Juticem

lutionem ei valeat impertiri; illam enim Papæ absolutioni reservatam, docent Farinac. cap. 20. cit. n. 315. Mar. Ital. cap. 6. cit. §. 2. n. 3. Barbosa Jur. Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. n. 167. Theaur. in Praxi V. Immunitas cap. 1. & Diana p. 6. tract. 1. resol. 34.

Fundant se primò in Extravag. 3. inter com. de Penit. & remiss. quâ à Paulo II. sedi Apostolicæ reservatis casibus accensetur Offensa Libertatis Ecclesiastica. Sed fundamentum hoc solidum non est; quia nomine Libertatis Ecclesiasticæ propriè acceptò Personarum duntaxat Ecclesiasticarum: non etiam Sacrorum & Religiosorum locorum Immunitas venit, ut jam monui n. 22. & ipsimet Mar. Ital. l. cit. n. 6. Farinac. cap. 1. n. 5. adnotârunt.

Secundò in Decreto Clementis VIII. à Paulo V. innovato, & Confessariis quibuscunque inter cætera prohibente absolutionem à sex casibus: quos inter est violatio Immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis Gregorianæ. Sed etiam hoc fundamentum satis firmum non est; quòd decretum illud spectare videatur Sacerdotes inferiores: qui absolutionem à dictis & aliis casibus ab Ordinario reservatis, vi privilegiorum à sede Apostolica concessorum, sibi arrogabant. Unde ab istis ad Episcopos porrigi nequit; quia tali extensione factâ Episcoporum potestas, quam Papa firmare intendit, diminueretur ac restringeretur; cùm decretò illò etiam prohibeatur absolutio à casibus dubiis Bullæ Cænæ, & ab excommunicatione contracta percussione clericis etiam levi: à qua tamen ante decretum illud absolvere Episcopi potuerunt, c. Pervenit 17. de Sent. excom. & Extravag. Joan. XXII. quæ incipit Perlectis à Covarruvia in c. Almap. 1. §. 9. n. 2. relatâ

Tertiò in Constitutione Gregoriana supra d. n. 25. relatâ, quâ in sacri Asyli

violatores decernuntur censuræ, contra Libertatis, juris & Immunitatis Ecclesiasticæ violatores per sacros Canones & Conciliorum Generalium suorumque Prædecessorum Constitutiones, adeoque etiam per Bullam Cænæ, promulgatâ. Cùm ergo Bullæ istius excommunicationes omnes Papæ reservatæ sint, reservata etiam erit contracta asyli violatione. Sed ad hoc etiam satis expedita responsio est; quia Constitutio Gregoriana, renovandò censuras latas in Bulla Cænæ eisque sacri asyli violationem subjiçendò, non meminit reservationis: quæ facta non censetur, nisi exprimatur, c. Nuper cit. §. In secundo, cit. Palao p. 12. n. 7. & Delbene dub. 38. n. 7.

Quare ejus, de qua agimus, excommunicationis absolutionem locorum Ordinaris sive Episcopis competere, cum DD. cit. probabiliter defendunt M. Ant. Genuef. Prax. cap. 22. à n. 2. Naldus V. Casus reservatus n. 1. Bonacina Tom. 2. disp. 3. q. 7. p. 11. Zypæus in Analyfi hæc Rubr. n. 13. & alii. Ratio est; quia Episcopis regulariter competit potestas absolvendi ab excommunicatione, Jure latâ & non reservatâ; cùm Conditor Canonis, qui absolutionem sibi specialiter non retinuit, eò ipsò facultatem aliis, scilicet Episcopis videatur concessisse, textus est §. In secundo cit. & doctrina Panormit. in c. Grave 29. de Prabend. n. 13. Navarra Manual. cap. 27. n. 39. & Gutierrez Q. Canon. Lib. 1. cap. 5. n. 1. Cùm ergo sacri asyli violatione contracta excommunicatio neque à Gregorio XIV. neque ab ejus successoribus reservata sit, relaxari per absolutionem poterit ab Episcopo, sede vacante à Capitulo, & ab utriusque Vicario Generali, aliisque Prælatibus obtinentibus jurisdictionem quasi Episcopalem, & ab aliis etiam Confessariis de licentia ipsorum.

F f f f f 2

Sed, ut

185. Sed, ut hæc sententia probabilis, in Praxi tamen tutior est contraria: pro qua, præter deductas rationes, stat imprimis declaratio S. Congreg. Cardd. Trident. Interpp. apud Farinacium *cit.* n. 15. Dein Curia Romanæ Praxis & Stylus S. Pœnitentiariæ. Demum *Responsum* ipsius S. Congregat. Immunitatis 1632. redditum Vicario Generali Capuano, & relatum à *cit.* Del-bene *dub.* 38. f. 2. n. 12.

ARTICULUS X.

De Ecclesiarum Immunitate Reali.

SUMMARIUM.

186. Ecclesiastici obnoxii sunt exactionibus Prælatorum.
 187. Exempti ab oneribus Personalibus, quæ à laicis imponuntur.
 188. Præsertim à militia & excubiis:
 189. Nisi sine ipsis patria ab Infidelibus &c. nequeat defendi.
 190. Laicorum exactionibus obnoxia non sunt res Ecclesiastica.
 191. Affecte consecratione vel benedictione:
 192. Obtenet titulum spirituales,
 193. Et cætera bona locorum,
 194. Et personarum Ecclesiasticarum:
 195. Ex quibus etiam Vestigalia non debentur.
 196. Ab exactionibus tamen illis exempta non sunt bona Feudalia,
 197. Concessa cum reservatione Jurisdictionis,
 198. Et alia, ex quibus pensiones &c. debite ex contractu:
 199. Non vi jurisdictionis impostæ sunt.
 200. Sublevanda ex iis gravis & publica necessitas,
 201. Quatuor conditionibus observatis.

202. Ecclesia non tenetur ad reparationem vicarum & pontium:
 203. Nisi reparatio ipsarum prædium aquæ principaliter tangat.
 204. Tempore famis Ecclesiastici ad frumenti venditionem cogi,
 205. Eorumque granaria visitari à laicis non possunt.
 206. Nisi casu omnino extraordinario.
 207. Hæc Immunitate gaudent omnes Ecclesiastici.
 208. Nisi conjugati sint vel extraneæ negotiationem.
 209. Immunitatem hanc Divini Juris esse, asserentium,
 210. Et negantium Opiniones,
 211. Distinctionis sadere conciliantur.

Ecclesias & Personas Ecclesiasticas obnoxias esse exactionibus aliisque oneribus, quæ à propriis ipsarum Prælatibus ex iusta causa imponuntur, extra controversiam est, patetque ex c. 1. & c. Cum Apostolus 6. S. Prohibemus, de Cen. Exalt. & Procurat. Unde sibi competentis Immunitatis Realis vi solummodo eximuntur ab oneribus, quæ imponuntur à potestate seu Magistratu Seculari.

Et imprimis quidem à Capitatione sive exactionibus, quæ à personis fiunt absque respectu ad ipsarum bona: imò etiam, si ab ipsis bona immobilia non possideantur, l. Unica C. de Capit. Civium à Muneribus & functionibus omnino vitibus, v.g. cloacæ aut stabuli purgandi, sordidæ arenæ, calcis coquendæ: quæ personis Ecclesiasticis imponi jure etiam Civili severè prohibentur, l. Placet 7. C. de SS. Eccles. & l. Omnis 2. pr. C. de Episc. & cleric. quòd eorum dignitati & statui honorifico repugnent usque adeò; ut à sordidis ejusmodi muneribus eorum etiam familiam oporteat esse immunem, l. Omnis

Omnia cit. §. 1. & l. 1. Rubr. cit. ut ibi Bald. n. 1. & alii notant. Ab Angariis & Perangariis sive aliis servitiis, quæ per se suosve implere aut propriis vel alienis sumptibus præstare coguntur, textus & Glossa in c. Non minus 4. V. Angariis à Militia sive bello; ut adversus hostes propriâ manu pugnent: ad quod ipsos inhabiles reddit Clericatus, c. Ex multa 9. §. fin. de Voto. Ratio omnium est; quia hujusmodi onera imponi solent personis subiectis jurisdictioni, Seculari potestati in personas Ecclesiasticas non competenti, Laiman. Lib. 4. Trah. 9. cap. 6. n. 6. rectè excipiens onera & præstationes ipsis rebus seu possessionibus antiquitus impostas ratione feudi vel contractus: quæ cum inhæreant ipsis rebus, cum istis transeunt ad Ecclesias & Ecclesiasticas personas, arg. c. Ex literis 5. de Pignoribus. Unde

188. Dubium nascitur, an belli tempore Clerici teneantur ad vigilias & custodiam murorum Civitatis. Cui occasionem præbent textus Juris in speciem sibi adversantes; cum, sicut ad eam Clerici compelli jubentur, c. Pervenit 2. sic can. Reprehensibile 23. q. 8. Clericorum custodia etiam contra piratas marinos adhibita à Nicolao Papa valde reprehendatur ex ratione; quod militum Christi sit servire Christo: militum autem seculi seculo. Sed Jura hæc in concordiam haud ægrè reducuntur auxiliò distinctionis inter casus & vim belli; quantumvis enim, cum ista non admodum urget & repelli à laicis potest, clericos ab excubiis & custodia murorum status ratio omnino excuset: casu tamen valde magnæ necessitatis publicæ, ut, cum civitati grave periculum imminet ab infidelibus aut hæreticis, & mœnia à laicis solis absque ope clericorum satis defendi non possunt, etiam hos ad excubias & murorum cu-

stodiam obligat textus c. cit. & ratio ipsa; quia tali necessitate urgente cessare videtur privilegium exemptionis; cum æquum omnino sit; ut periculum, quod omnibus imminet, communibus omnium laboribus propulsetur, & omnibus communis patria ab omnibus defendatur, ut in c. cit. cum Glossa V. Omnes, advertit Panormit. n. 6. qui tamen n. 3. rectè monet, tali casu clericos ad mœnium custodiam non per Laicam, sed Ecclesiasticam potestatem compellendos.

Deinde Ecclesiæ & Personæ Ecclesiasticæ exemptæ etiam sunt à tributis, collectis, exactionibus, quæ ratione rerum sive bonorum à seculari potestate imponuntur, c. Non minus cit. c. Adversus 7. hæc Rubr. c. 1. c. Clericus 3. in ibid. 6. & Aub. Item nulla C. de Episc. & Cleric. quos usque consonas Constitutiones alias Bulla Cœnæ can. 18. & Urbanus VIII. Constituit, quæ incipit Romanus, edita 23. Septemb. 1641. declaratas innovavit & confirmavit. Cujus assertionis veritas & sensus ut luculentior sit, ejusmodi rerum sive bonorum quatuor genera distinguere juvabit.

191. Primò enim quædam per consecrationem vel benedictionem ad cultum Dei exhibendum immediatè sunt deputata, ut Templum cum adjunctis Coemiteriis, Sacella, Oratoria, Monasteria, vasa & vestimenta sacra cæteraque Divini cultus instrumenta; quæ ab exactionibus & oneribus à laicis impostis omnino exempta esse, Orthodoxi DD. omnes facillè consentiunt, cum; quia sunt res Sacræ & Religiosæ ad Divinum cultum specialiter deputatæ: quæ extra commercium humanum existunt, §. Nullius 7. Instit. de Rer. divis. & ad prophanos usus revocari prohibentur, can. Quæ semel 19. q. 3. can. Ligna 37. dist. 1. de Consec. & c. Ad hæc 4. de Religios. domib. tum verò; quia

F i f f i f 3

3

rò; quia sunt res omnino infructiferae; cum proventum temporalem usumve pretiò æstimabilem non afferant, Suarez *Tom. 1. de Relig. Lib. 3. cap. 9. n. 2 & 8.* & Laiman. *Lib. 4. Tract. 9. cap. 6. n. 1.* ubi cum Innocentio in *c. Non minus citi* iis accenset areas, domos, hortos juxta Ecclesias positos & fundos, ex quibus panis aut vinum pro sacra Eucharistia conficienda & aliis rebus ad cultum divinum necessariis colligi debet, per *can. Sancitum 23. q. 8. c. 1. de Censib. & arg. Reg. Accessorium 42. in 6.*

192. Secundò alia res & bona sunt, quæ Ecclesia obtinet titulò spirituali, ut Decimæ, Primitiæ, Oblationes: uti etiam res & bona ipsorum clericorum Ecclesiæ vel ministerii Ecclesiastici cujuscunque intuitu quæsitæ, ut fructus beneficiales, distributiones quotidianæ, redditus stollæ &c. quæ ab iisdem immunia esse, satis concors est sententia eorundem; quia siue titulum siue personam intueamur, seculari potestati non subiciuntur; cum titulus, quò ea quæsitæ sunt, sacer & spiritualis: personæ autem, quarum ea sunt, à jurisdictione seculari sint exemptæ, *c. Ecclesia 10. de Constitut. c. Noverrit 49. de Sent. excommunicat. c. Quamquam 4. de Censibus c. fin. hanc Rubr. in 6. & Trident. Sess. 25. cap. 20. de Reformat.*

193. Tertiò sunt res & bonâ temporalia ipsarum Ecclesiarum Monasteriorum & similium locorum mobilia & immobilia, à fidelibus oblata; ut ipsa vel eorum proventus in cultûs Divini conservationem & augmentum, templorum & altarium ornatum, reparationem fabricæ, sustentationem Religiosorum, salaria ministrorum & pauperum alimenta impendantur. Quæ etiam bona à tributis & similibus oneribus à secularibus impostis exempta esse, S. Thomæ 2. 2. q. 99. art. 3. Lai-

man. *cit. n. 1. §. Alterum*, aliorumque *TI.* & Canonistarum concors est doctrina, & apertè traditur *c. Non minus c. Alcerius* aliisque textibus supra citis. Non minus, quàm isti, clara est ratio; quia tales res & bona eò ipsò; quòd à fidelibus, quorum plenò jure fuerunt, ad cultum & honorem Dei in Prælatorum Ecclesiasticorum manibus oblata sunt, tanquam Patrimonium Christi siue ut *can. 40. Apostol.* vocantur, *Res Dominica* juxta piam offerentium intentionem in alios quam prædictos usus convertenda non sunt, *arg. 1. In re mandata 21. C. Mandati*: eorundem administratio, dispositio & applicatio ad Ecclesiarum Prælatos, non ad seculi Magistratus spectat. Confirmatur; quia hujusmodi res & bona obnoxia sunt exactionibus & oneribus, quæ ex justa causa summus Pontifex & aliquando etiam Episcopi imponunt, *c. Cum Apostolus 6. §. Prohibemus, de Censibus.* Unde, si iis gravari etiam possent à potestate seculari, conditionis multò deterioris forent, quàm bona secularium; cum secus quàm ista, contra Juris & æquitatis Regulas duplici onere gravarentur, ut cum Hieronymo Albano de *Immunit. cap. 65. Et. probè advertit cit. Laiman. n. 2.*

Neque cum hac doctrinâ pugnat *can. Si tributum 11. q. 1. ubi S. Ambrusius, Si tributum*, inquit, *petat Imperator, non ei negamus, agri, Ecclesia solvunt tributum*; quia istò & *can. Constitutor 23. q. 8.* relatiò textu S. Ecclesiæ Dominò tributum, à Justina Arriana Valentiniani adhuc pueri matre Ecclesiis impostum, non tanquam justum approbatur, sed ad majus malum & ipsorum fundorum Ecclesiasticorum invasionem ultraparationemque evitandam prudenter tolerationemque vitandam declarat subijcitur, ut ipse luculenter declarat subijcitur verbis, *Si agros desiderat Imperator, p-*

testatem habet vindicandorum, tollat eos, si libium est. Imperatori non dono, sed non nego, Suarez de Defensione Fidei Lib. 4. cap. 21. n. 12. & Barbosa in can. Si Tributum cit. n. 1.

Minus urgent l. Placet s. ibi, Præter Canoniam illationem, & l. Sacrosanctia 8. v. Nec extraneorum C. de SS. Eccles. cum; quia privilegium Ecclesiæ antè & verisimiliter jam à Constantino M. concessis & revocationi non obnoxii contrariæ & Ecclesiarum libertati inimicæ ac proinde invalidæ fuerunt: tum verò; quia, si valuissent, per Constitutionem Friderici Imp. Auth. Item nulla cit. relata fuissent abrogatæ, Suarez cit. cap. n. 16. & cap. 24. n. 11.

Difficilior in speciem est sententia Urbani I. de exterioribus suis ab Ecclesia tributum reddi, disertè asserentis can. Tributum 23. q. 8. Sed in speciem duntaxat; quia accuratius expensâ rerum Ecclesiasticarum immunitati etiam ipsa non adverbatur; quia eâ Papa locutus est de more & usu temporis sui, quò Impp. adhuc Gentiles & Idololatræ fuerunt; ac proinde Ecclesiarum à tributis &c. immunitas nondum fuit constituta, ut restè observat laudatus Suarez cap. 21. n. 14. & in can. cit. Barbosa n. 3.

194. Quartò demum sunt res & bona Clericorum Patrimonialia, mobilia & immobilia, quæ ad ipsos pervenerunt titulo merè temporali; quòd hæreditariâ successione, legatò, donatione, emptione propriâ industriâ &c. sint comparata. Quæ etiam à tributis & aliis oneribus, non merè Realibus, sive inhærentibus ipsis fundis, exempta esse, cum Panorm. in c. Ecclesia cit. n. 21. Sylvestro v. Immunitas 1. n. 9. Navarro Manual. cap. 17. n. 203. & aliis sacri prophanique Juris Interpp. ac DD. cit. Suarez cap. 24. n. 4. delimit ex c. Adversus cit. Cle-

ment. Unica hîc c. Quamquam cit. & similibus textibus Canonici, clericis exemptibus à Laicorum exactionibus quibuscunque: & ex generalitate Auth. Item nulla cit. proximæ subiectæ & aliis ll. Civilibus libertati Ecclesiasticæ adversantibus, derogantis. Ratio reddi solet; quòd ex una, tributis exactio & prælatio signum sit subjectionis, teste Apostolo Roman. cap. 13. v. 6. ubi cum dixisset, Subditi estote, subiecit, Ideo enim tributum præstatis: ex altera verò parte, clerici aliæque personæ à seculari jurisdictione juxta dicta sint exemptæ. Confirmatur; quia res & bona accessoria sunt personis, ac proinde has sequuntur, & à tributo Laicæ potestati exhibendo cum istis sunt immunes, arg. Reg. Accessorium cit. & l. Quæ Religiosis 43. ff. de R. V. quæ Religiosa censentur, quæ Religiosis adhærent; quòd magis dignum ad se trahat id, quod est minus dignum, c. Quod in dubiis 3. de Consec. Eccles.

195. Eadem Ecclesiarum, Monasteriorum & Personarum Ecclesiasticarum res & bona exempta etiam sunt à vectigalibus seu præstationibus teloniorum, c. Quamquam cit. Clement. fin. de Censibus & Auth. Item Nulla cit. quæ relatâ Friderici Imp. Constitutione nomine Exactionum teloniorum præstationes venire, DD. notant. Ab his immunitatem iisdem bonis luculenter tribuit Imp. Sigismundus apud Goldastum in ejus vita p. 1. Constit. Imperial. ubi à vectigalibus immunes pronuntiat einen Priester/ einen Ordensmann / darumb daß sie dessen Diener seynd / von deme vnser Freyheit kombt: & usu observant Principes ac Status Imperii etiam Acatholici, teste Knipschild scriptore Heterodoxo & Lib. 2. de Jurib. & Privileg. Imp. Civitat. cap. 18. n. 18. gloriante, suæ Sectæ addictos in hoc Italis, vectigalia ab

galia ab Ecclesiasticis & Secularibus indifferiminatim exigentibus, Religiosiores esse.

196. A generali tamen hac rerum & bonorum, ad Ecclesias & personas Ecclesiasticas pertinentium, exemptione excipiuntur, & à tributis, vectigalibus aliisque ejusmodi oneribus immunes non sunt. Imprimis res & bona, quæ Ecclesiæ, Monasteria & clerici in feudum obtinent à Principe vel alio domino seculari; cum enim hujusmodi bonorum dominium directum penes talem feudi dominum sit, ratione eorum, sicut coram isto conveniri possunt. *Ex transmissa 6. c. Verùm 7. de Foro compet. licetiam ei contribuere Ecclesiæ & clericis perinde, ut vasalli laici, debent, Panormit. in c. Dilectus 34. de Prab. & dignit. n. 4. & Laiman. cit. Tract. 9. cap. 5. n. 2.*

197. Deinde res & bona non-feudalia, à Principe vel alio domino seculari Ecclesiæ vel Monasterio in prima fundatione vel postea non omnino liberè, sed cum reservatione jurisdictionis & pristini juris contributiones imponendi donata; talem enim conditionem tanquam justam observandam; ac proinde ejusmodi bona tributis & similibus oneribus à fundatore vel alio donatore laico imponendis obnoxia vi conventionis seu pacti manere, *arg. c. Verùm 4. de Condit. apposit. censent cit. Suarez cap. 14. n. 13. & Laiman. n. 4.*

198. Simili modò omnia tributa, census & pensiones ab Ecclesiis, Monasteriis & clericis præstari debent de bonis, quæ antequam ad eos per emphyteuticum vel alium contractum inter privatos initum aliumve justum titulum pervenirent, bonis imposita jam fuerunt; cum enim nemo plus juris in alium transferre possit, quam ipse habet, per *Reg. 79. in 6. is, qui non omnino liberè, sed ex contractu seu*

conventionem bona tributo, censui vel alteri simili oneri obnoxia possidet, tunc alium non nisi cum annexo ejusmodi onere transferre potest; quia notissimi juris est, rem cum onere ipsi inhaerente ad quemcumque possessorem transire, *Ex literis cit.* Unde, si ejusmodi res & bona donatione, contractu aliove jussu titulo in Ecclesiam Monasterium vel personam Ecclesiasticam transferantur, ad tributum, censum &c. præstandum etiam ista obligantur; quia ob favorem Ecclesiæ vel alterius causæ pia ordo justitiæ inverti, & jure, quod in bonis in se translatis vi pacti vel conventionis habet, alius privati non debet, Ita cum *Glossa in can. Tributum 22. de exterioribus 23. q. 8. & Panormit. in c. Non minus cit. n. 15. docent iidem Suarez cap. 20. n. 6. & Laiman. cap. 6. n. 9.*

Hinc tamen legitimè non inferuntur, res & bona quæcumque à laicis possessoribus ad Ecclesias, Monasteria vel personas Ecclesiasticas translata tributis & exactionibus Principum, in quorum territorio sita sunt, obnoxia manere; quod, sicut ad possessores alios, sic etiam ad Ecclesias &c. transeant cum onere; quod affecta antè fuerunt, secundùm Regulam *6. Ex literis cit.* nam Regula hinc locus duntaxat est in tributis aliisque oneribus, originem ducentibus à partium expressa conventionem: non etiam in iis, quæ indicuntur lege publicè & potestate jurisdictionis; quia per hanc indicta onera non inhaerent rei præcisè ratione rei, sed ratione personæ; cum rei seu bonis imponantur propter personam, Principis vel Magistratus jurisdictioni subiectam & ab ista impositi oneris capacem. Unde, si bona, ex quibus tributa &c. Principi debebantur, transferantur in personas & possessores ab illius jurisdictione exemptos; à tributi & exactionum, quæ lege

ge seculari & jurisdictionis potestate indicuntur, oneribus eximuntur, juxta Regulam, *Si persona est exempta, ejus etiam res seu bona sunt exempta*; cum enim res accessoriae sint personae, mutato istius statu etiam illarum status & conditio mutatur, *arg. Reg. Accessorium q. 2. in 6. Panormit. in c. Qualiter 17. de Judiciis n. 8. Gutierrez Practic. Lib. 1. q. 3. num. 15. cit. Suarez n. 12. & Laiman. n. 4.*

200. Demum excipiendus est casus valde gravis necessitatis vel maximae utilitatis publicae, quae aequè principaliter & directe tangit statum Ecclesiasticum quam Secularem: ut v.g. cum superioribus annis in Germania Haeretici & sub nuper feliciter confecti belli Turcici initium Turcae, alique barbari & infideles terris Catholicorum imminerent; ad talem enim necessitatem sublevandam aequitas postulat; ut in subsidium laicorum contributiones etiam ab Ecclesiasticis fiant, ut clare desumitur ex *c. Non minus c. Adversus civit. & Extravag. Unica inter Communes, hae Rubr.* Ubi tamen ad licitam clericorum contributionem quatuor

201. conditiones exiguntur. Prima; *Ut laicorum non suppetant facultates* sive; ut ad magnam & communem ejusmodi necessitatem propulsandam laicorum propriae vel saltem communes Reipublicae facultates solae non sint sufficientes. Secunda; ut contributionem decernat Episcopus simul cum clero, universo totius dioecesis, ut Panormit. *in c. Non minus cit. n. 5.* vel, ut satis probabiliter existimat Suarez *cit. cap. 26. n. 16.* cum canonicis Capitularibus Ecclesiae Cathedralis, qui clericorum nomine aliquando soli veniunt in Jure, ut *c. 1. c. Cum Apostolica 7. c. Tua 8. de Jus. qua à Praelat. Tertia*; ut Romanus Pontifex consulatur; ne per inferiorum Praelatorum con-

niventiam & laicis inconsulte deferentium nimiam facilitatem Ecclesiae nocuum ac praedictum patientur. Quarta; ut contributio, dicto modo ab Episcopo decreta, & à summo Pontifice approbata, fiat *Absque ulla coactione vel exactione laicorum*, sive; ut contributio legitime imperata à clericis conferatur & à laicis humiliter & cum gratiarum actione recipiatur.

Dubium hinc oritur, an clerici contribuere teneantur ad reparationem viarum publicarum a pontium & ad murorum civitatis refectionem. Non quidem, si eo nomine contributiones in quantitate, expensas ad tale opus necessarias multum excedente, pro conservatione status, domus aut familiae splendore &c. exigantur; ab his enim Ecclesiae & personas Ecclesiasticas, *c. Quamquam, Clement. fin. & Auth. Item nulla cit.* eximi, jam vidimus.

Sed, si exigantur in quantitate moderata & necessaria ad refectionem: ad cujusmodi contributionem Ecclesiae, ac proinde etiam clerici adstringuntur, *l. Ad instructiones 7. C. de SS. Eccles. & l. fin. C. De quibus munerib. & praestat.* Id ipsum suadet ratio; quia hujusmodi contributiones neque exiguntur à Principe in sua potestatis & superioritatis, neque in sua subjectionis signum ab Ecclesiis & clericis praestantur: sed solummodo pro necessitate vel utilitate communi & clericos non minus quam laicos afficiente: quam spectantia onera communiter ab omnibus ferenda, naturalis ratio & aequitas dicitur.

Nihilominus etiam à publica ejusmodi refectione, reparationeque Ecclesiae & clericos eximit sententia communis, quam cum Joan. Andr. *in c. Non minus cit. n. 4. Panormit. in c. cit. n. 18.* & aliis Interpp. defendunt Sylvester V. *Immunitas 1. n. 20. Azor p. 1. Instit. Lib. 5. cap.*

GGGGGG

5. cap.

f. cap. 13. q. 8. Molina Tract. 2. de I. & I. disp. 672. n. 4. Suarez cit. cap. 26. à n. 12. Laiman. cit. cap. 6. n. 6. propter e. cit. ibi, Sive fossata sive expeditiones sive qualibet alia & c. Adversus cit. textus, à tributo, pro communibus necessitatibus & utilitatibus imposito à laicis, clericis & Ecclesiis eximentes, & vim, si quam habuissent, adimentes citr. aliisque ll. Imperialibus in contrarium solitis allegari, & jam correctis Aurb. I. gem cit. eosdem ab angariis & perangariis, communem utilitatem concernentibus, absolvente. Neque id immerito; cum clerici ad has & contributiones illas non adstringantur lege seculari; quia eam non ligantur, e. Ecclesia cit. neque ex contractu seu mutua conventionione inter ipsos & laicos; quia de hac inita non constat: neque etiam ex beneficio, quod publicis viis & pontibus utendò percipiunt; quia sumptus, quos in eorum refectionem reparationemque faciunt, laicis abunde compensantur; quòd bona Ecclesiastica in fabricam & ornatum templorum, conservationem cultus Divini & alios usus in laicorum utilitatem cedentes specialiter impendantur; ac proinde, sicut milites & Magistratus, sic etiam clericos à contributionibus ad ejusmodi opera temporalia immunes esse conveniat; cum ad jus publicum etiam ipsi pertineant, can. Jus publicum 11. disp. 1. l. 1. §. 2. ff. de I. & I. & quod in contrarium allata ratio naturalis & æquitas postulat, satis superque impleant commune bonum alio & nobiliori modò promovendò.

203. Sed, etsi hæc ita sint, quando communis necessitas utilitasve & eam spectans opus directè & proximè Republicam; ac proinde Ecclesiasticos tantum in consequentiam tanquam ejus membra spectat: aliter tamen res se habet, quan-

do illa principaliter & proximè tantum respicit particularia quadam prædia; ut propter emolumentum, quod ex opere illam spectante percipiunt, solis istorum dominis sit contribuendum: cuiusmodi sunt, si vermes agros depalcantur, aut istorum ripæ adversus vim fluminis muniendæ: si aperienda fossa, in quam confluente aquæ aliò deriventur, vel ductus rivus, quò prata irrigentur: si edificandus communis puteus aut fons per canales ad prædia ducendus: si via ante singulorum domos sternenda lapide, aut ad sylvam, pascua &c. omnibus communia reficienda; cum enim horum & similium operum emolumentum principaliter & proximè sit ejusmodi prædiorum, istorum domini ad ea pro rata contribuere debebunt, sive laici sive Ecclesiastici sint, Panormit. in e. Non minus cit. n. 20. Molina cit. disp. 672. n. 4. concl. 2. & Pirthing ad banc Rubr. n. 74. qui tamen rectè monent, ad ejusmodi contributionem clericos prædiorum dominos non per seculares sed Ecclesiasticos superiores compellendos.

Dubium secundo est, an tempore famis & caritatis annonæ ad frumentum aliâque victualia iustò pretiò vendenda cogi clerici possint à potestate seculari. Cogi ad id laicos posse, nemo facile inficias ibit. De clericis idem affirmant aliqui; sed non magni nominis & notæ DD, sinistrò potius affectu ducti, quàm Jure aut ratione; quia istorum contributioni, e. Non minus e. Adversus cit. & similes textus alii cum supra allegata Urbani VIII. Constitutione & Bullæ Cæcæ can. 12. aperte & iustissimè advertantur; cum clericos cæterasque personas Ecclesiasticas Principum aliorumque Magistratum jurisdictioni, præsertim coactione nequaquam subiecti, Juris sit omnino explorati, e. Ecclesia 10. de Constit. i. f. de

205. *fn. de Reb. Eccles. alien. Sr.* Eadem ferè, quæ coactionis, ratio est violenti ingressus & visitationis horreorum & granariorum, præsertim intra Ecclesiarum & Monasteriorum ambitum sitorum; cum Ecclesiæ & Monasteria locis extra territorium sitis, ut n. 3. dictum, æquiparentur, & ipsorum res laicorum dispositioni non subiciantur. Quare, secluso speciali Privilegiò Apostolicò, cum, tali necessitate urgente, frumentum & alia victualia aliunde haberi non possunt, seculari potestati recurrendum est ad Episcopos aliòsque superiores Ecclesiasticorum, per quos isti ad ea justò pretiò vendenda compelli possunt, Belletus *Disquisit. Cleric. p. 1. Tit. 5. §. 2. n. 9.* Mad. *de Sacris Ord. cap. 14. §. 38.* Guazzinus *Reorum defensio. 20. cap. 9. n. 10.* & Delbene *de Immunit. p. 1. cap. 9. dub. 14. n. 1.* quocum tamen

206. Excipiendus est, si quando eveniat, casus, quò urgentis maximæ necessitatis tempore clerici à pauperibus rogati frumentum & alia victualia vendere, eosque à seculari debitò modò requisita potestas Ecclesiastica compellere per sortitiem recuset, aut hæc adiri in tempore non possit; tali enim casu Magistratus secularis, potestate extraordinariâ, non Jurisdictionis; quia hanc in Ecclesiasticos non habet; sed justæ defensionis adversus periculum, quod communitati ex fame imminet, frumentum ex Ecclesiasticorum horreis extractum indigentibus justò pretiò vendere possit, ut in simili casu docent Sotus *in 4. dist. 25. q. 2. art. 1.* & Molina *Tract. 1. de l. & l. dist. 31. n. 10.*

207. Dubium tertio est de iis, qui hæcenus declarata Reali immunitate gaudent. Qua in re inter DD. satis convenit Imprimis, eâ de Jure gaudere Ecclesias, Monasteria, cæteraque Sacra &

Religiosa loca, uti & Regulares utriusque sexus omnes, & Clericos quoscunque, etiam in minoribus Ordinibus constitutos, primaque solum tonsurâ initiatos & deltitutos conditionibus, quas in ipsis, ut Ecclesiastici fori privilegiò gaudeant, requirit S. Synodus Tridentina *sess. 23. cap. 6. de Reformat.* quia illæ Conciliari hoc decretò ad Fori duntaxat privilegium retinendum hodie exiguntur: &, quia odiosæ sunt, sicut ad Canonis juxta dicta *Tit. 1. n. 20.* sic ad alia quoque clericorum privilegia non extenduntur, secundum *cit. Molinam dist. 671. n. 5.* & Barbofam *Jur. Eccles. Lib. 1. cap. 39. §. 5. n. 15.* Deinde inter eosdem convenit, eâ non gaudere primò Clericos conjugatos, *c. Unic. de Cleric. conjug. in 6.* ubi his, si cum una eaque virgine contraxerunt & clericalem habitum deferant, Canonis duntaxat, & in Criminalibus Fori privilegia relicta: cætera verò, ac proinde etiam clericorum bonis concessa, disertè sunt adempta. Demum alios etiam clericos Negotiatores: qui pro rebus subiectis negotiatiòni & per hanc acquisitis eâ, de qua agimus, immunitate privantur, ut ad sequentem Rubricam pluribus statuatur.

208. Controversia hoc loco est de colonis sive laicis, quibus Ecclesiarum & Ecclesiasticorum bona locantur, vel conceduntur precariò, aut in emphyteusim: quos à tributorum & vectigalium solutione absolventium, ad eamve obligationem DD. contrariæ Opiniones aliqui in concordiam non malè reducunt ope distinctionis: &, licet colonos perpetuos sive rucolas, glebæ seu fundo colendo perpetuò adscriptos, ab iis generaliter partiaros verò sive eos, qui pro certa parte fructuum agros colunt, saltem quoad partem fructuum, Ecclesiæ præstantiam, à tributis, vectigalibus &c. eximant; quòd ta-

G g g g g 2

quod tales fructus non tam coloni, quam ipsius Ecclesiae vel personae Ecclesiasticae sint: ab iis tamen immunes esse negant quoad portionem fructuum, quae ex conventionem remanet ipsis colonis seu conductoribus agrorum; quia posteriores hi fructus sunt ipsorum colonorum nullò Jure exemptorum, Menoch. *de Arbitr. causa* 562. n. 21. & 33. & Barbosa *cit.* §. 5. n. 30. quorum doctrina usu recepta est, teste Pirrhing *ad hanc Rubr. n. 88.* & Juri etiam consona videtur: dummodo ratione illius tributi Ecclesiae &c. directè vel indirectè non graventur, contra Bulam Cœnæ *can. 18.*

209. Dubium quartò est de Jure, quò Ecclesiarum & clericorum Realis Immunitas est introducta. Quia in re magna dissensus est DD. nonnullis, eam Divinò, aliis Humanò Jure constitutam, asserentibus. Quorum illi præcipuè moventur luculentis textibus *c. Quamquam cit.* quò Ecclesia Ecclesiasticæq; Personæ acres ipsarum non solum Humanò Jure, quin & Divinò à secularium personarum exactionibus immunes pronuntiantur: & Tridentini, Ecclesia & personarum Ecclesiasticarum immunitatem Dei Ordinatione & Canonica sanctionibus constitutâ, asserentis, *Sess. 25. cap. 20. de Ref.* quò decretò S. Synodus & *c. sit. Bonif. VIII.* procul dubiò respexerunt verba Christi, *Ergo liberi à tributo & censu sunt filii*, Matth. *cap. 17. v. 25.* hoc est, regum & multò magis Dei: qualis non solum Christus, sed ejus etiam familiares Clerici sunt, juxta illud, *Ego dixi, Dii estis & filii excelsi omnes*, Psalm. *81. v. 6.* Confirmatur; quia, si immunitas ista non Divinò, sed humanò tantum Jure prodita fuisset, lege vel Consuetudine contrariâ tolli posset, contra communem sententiam primi nominis TT. & Canonitarum. Istorum, si-
210. ve, eam humanò Jure introductam, as-

serentium unicum fundamentum est: quòd in Nova Lege ne jota quidem extet, quò res & bona Ecclesiastica à laicorum jurisdictione, exactionibus &c. eximantur: Imò, in primitiva Ecclesia ea his obnoxia fuisse, indubitè conlece generalibus & omnes efficientibus verbis Christi, *Reddite ergo, que sunt Cæsaris, Cæsari*, hoc est, numisma census & tributum, Matth. *cap. 22. v. 21.* à quibus, si Ecclesia & Clerici Jure Divinò essent exempti, hac ipsorum exemptio sive immunitas non posset auterri vel restringi.

Mihi, sicut in Personalis Lib. 2. Tit. 211. 2. n. 115. sic in Reali hac immunitate cum Palao *Tract. 12. disp. unica p. 1. n. 5.* Opinioni utriusque aliquid tribuendum & ea secundum Decretum Tridentini esse constituta videtur Ordinatione Dei & Canonica sanctionibus, illâ; quòd Ecclesias & Clericos, tanquam loca & personas Deo specialiter consecratas, cum rebus suis à seculari potestate eximendas, Divinum, imò Naturale Jus dixerit: eisdemque ad veteris & à se conditæ Legis exemplum in nova eximendi potestas Papæ collata sit à Deo. Istis verò; quòd exemptionis privilegium immediatè à Papæ & Imp. constitutum sit, ut cum Innocentio *in c. Si quis 2. de Majorit. & Obsequ.* tradunt Covarruvias *Prætic. cap. 31. n. 2.* Lessius *Lib. 2. de I. & L. cap. 33. n. 28. & 30.* Molina *Tract. 1. de I. & L. disp. 31. n. 6. & 7.* & alii RR.

Neque contrarium probant verba Christi Matth. *cap. 17. v. 25.* quia solum ipsum, tanquam naturalem Dei æterni Regis filium, & ex speciali privilegio B. Petrum, tanquam ejus in terris Vicarium spectant: non etiam reliquos Christi discipulos & clericos universos; ut quid enim Christus in ore piscis inventum staterem pro solo se & Petro, &c. non pro

non pro reliquis discipulis omnibus dari iussisset, si Divinò Jure à tributo seu censu immunes omnes fuissent

Non majorem vim habet confirmatio; quia consuetudo dubium quidem de immunitate Jus interpretandi, *arg. c. Cum dilectus 8. de Consuet.* non etiam clarum & liquidum abrogandi eive derogandi vim habet; quia non apparet, quomodo

illud abrogans eive derogans consuetudo esse queat rationabilis partim; quia Ecclesie gravamen apertè inducit, contra *c. 1. de Consuet.* & adversatur Juri secundum legis Divinæ & Naturalis rationis dictamen condito; ut locus sit, *arg. c. fin. de Consuet.* partim; quia Ecclesia ipsi apertè resistit, ut *cir. Tit. 2. n. 116.* est dictum.



TITVLVS L.

Ne Clerici vel Monachi Sæcularibus negotiis se immisceant,

SUMMARIUM,

- | | |
|--|---|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Sensus Rubricæ. 2. Varietas negotij Sæcularis. 3. I. Veritas Ecclesiasticæ est Negotiatio: 4. Cujus tres species sunt. 5. Licet illi emunt necessaria & superflua vendunt. 6. Illicite res emunt & non mutatas cavius: 7. Imò & mutatas solius questus causâ distrabunt: 8. Ex alia causa immutatas vendere non prohibentur. 9. Eadem fere ratio est Conductionis prædiorum. 10. II. Agitatio judicij Sanguinis. 11. III. Ordinatio acies & pugna cum hoste: 12. Quæ Minoribus etiam clericis & Religiosis est interdicta: 13. Licet alio sine honesto castra sequi non prohibeantur. | <ol style="list-style-type: none"> 14. IV. Exercitium Chirurgia: 15. Nisi pietatis causâ suscipiatur. 16. V. Procuratio laicorum in & extra Judicium. 17. VI. Officium Tabellionis. 18. Quin tamen instrumenta à tabellione Ecclesiastico consecra irritentur. 19. VII. Officium Vice comitis & Gubernationis secularis. 20. Veritum sub censura, Episcopos non afficiente. 21. VIII. Legum & Medicina Studium publicum Religiosis, 22. Et nonnullis clericis non permixtum. 23. Favore studij sacre Theologia: 24. Cujus favore statuta fere etiam Jus Canonicum spectant. 25. Physicam & Civile Jus docere, 26. Et Civile Jus Canonico jungere Ecclesiastici non verentur communitur. 27. Et speciali Jure passim permittuntur. |
|--|---|

G B B B B B 1 Sicut